et aque. Et tria facit. Nā ꝑmo agit de ornatu aeris. ⁊ ſimiliter de ornatu aque. ſeu etiaꝫ de opere quinte diei. Secūdo eñ agit de ornatu terre. ſeu etiam de opere ſexte diei. Tertio de ſeptime diei requie. Primū facit a ꝑncipio diſtinctōis uſqꝫ ibi (Sequit̄ dixit deꝰ ꝓducat) Scđm abinde uſqꝫ ibi (Jaꝫ de ſeptime diei requie) Tertiū uſqꝫ ad finem diſtinctōnis. Et tantuꝫ in generali. In ſpeciali autem ſententia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitionibus, quarum prima eſt hec. Deus quinto die volatilibus ⁊ natabilibus de aqua facta aerem et aquam adornauit. Hanc magiſter inſinuans dicit. ꝙ opus quinte diei eſt ornatio duorū elementorū. ſcꝫ aque ⁊ aeris per volatilia ⁊ natalia, que de aqua tanꝙ ex materia ſui ſunt creata. ex quibꝰ aues ſeu volatilia eleuauit deus in aerem, piſces aquis ad ornatum relinquens. Secunda ꝓpoſitō eſt hec. Deus ſexta die iumentis. reptilibꝰ ⁊ beſtijs terre de terra formatis terrā decorauit. Hāc magiſter inſinuās dicit. ꝙ opere ſexte diei ornata fuit terra iumentis. reptilibus ⁊ beſtijs. ⁊ alijs conſimilibus. Poſtea mouit duas queſtiones. quarum prima eſt An nociua animalia aut venenoſa etiaꝫ tūc a deo facta fuerunt. Et reſpondens dicit ꝙ ꝙ illa animalia creata fuerunt innoxia. ſꝫ homine peccante facta ſunt nociua vt per ea vicia punirentur. et vt virtus ꝓbaretur. Secunda queſtio eſt hec. An minuta aīalia que ex putrefactōne naſcuntur. etiam tunc producta fuerunt. Et reſpondens dicit. ꝙ illa q̄ putrefactōne naſcuntur. cum alijs animalibus ꝓducta non ſunt niſi materialiter. Et ſubdit. ꝙ nouiſſimus omnium animaliuꝫ fuit homo tanꝙ omnium dominator. Addēs ꝙ circa rerum creatōem due ſolennes opiniones fuerunt. quaruꝫ prima dicit per ſex dierum interualla omnia eſſe formata et per ſpiritumſanctum eſſe diſtincta. Alia dicit omnia ſimul eſſe condita et diſtincta. Tertia propoſitio eſt hec. Deus ſeptimo die dicitur quieuiſſe et opus ſuum compleuiſſe qꝛ vlterius nouam creaturam nō cōdidit que in ſe materialiter in ſuo ſimili non fuerit. licet tamen res productas benedixit et ſanctificauit. Hanc probans querit. cur deus dicat̄ cōſummaſſe opus per requiē die ſeptimo. cum tamen cōpleuerit ipſum die ſexto. Ad qđ reſpondens dicit deum opus ſuum compleuiſſe et ſexto die et ſeptimo. ſexto quidem. quia tunc omnia perfecit. Septimo autem qꝛ vltimū opus ſanctificatōeꝫ. ſ. adhibuit. Vñ ⁊ ſeptia dies miſtica quadā rōe ſctificatꝰ cōuenit appellari. Et tm̄ in ſpāli. Diſtin. xvi.

# Js excurſis que

Jſta eſt diſtinctio. xvi. huius ſecūdi libri. In qua magiſter poſtꝙ egit de creatura pure ſpirituali. ſcꝫ angelis et de creatura pure corporali. Incipit agere de compoſita ex ſpūali ⁊ corpali ſcꝫ de homine Et circa hoc in hac diſtinctōne agit de ꝓductōne hoīs in cōmuni. Et tria facit. Nam primo oſtēdit qualiter homo ſit factus. Scđo ad cuius imaginem ſit ꝓductus. Tertio ꝙ non ſit imago que omnino adequatur dei filio. Primū facit a ꝑncipio diſtinctōnis vſqꝫ ibi (Filius vero ꝓprie) Secundum abinde vſqꝫ ibi (Quo circa homo) Tertiū vero vſqꝫ ad finē diſtinctōnis. Et tantum in generali. In ſpāli ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitōnibus. quarū prima eſt hec. Deus pat̄ cū dixit. Faciamus hoīem ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā loquebat̄ filio et ſpūiſācto. ⁊ nō ſpiritibus quibuſcūqꝫ creatis. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. qualis ⁊ quō factus ſit hō. Et reſpondens dicit. ꝙ per vbū dñi ad imaginē et ſimilitudinē dei ſit ꝓductus ſcđm illđ Gene. ꝑmo. Faciamus hoīem ad imaginē ⁊ ſimilitudinē noſtrā in quibus verbis oſtenditur vnitas eſſentie ⁊ trinitas ꝑſonarū. ⁊ ſūt verba patris ad filium et ſpm̄ſanctum. ⁊ nō ad āgelos vt q̇dā dixerūt ꝙ dei ⁊ āgelorꝫ nō eſt vna et eadem imago. ſed bene ſimilitudo

Scđa ꝓpoſitō eſt hec. Homo ſcđm aīam factus eſt ad imaginē. nō ſimpliciter vniꝰ diuine perſone ſed totius trinitatis. Hanc magiſter probans recitat duas opiniones circa intellectum predictorum verborum Gene. quarꝫ ꝑma dicit in illo textu Geñ. p imaginē debere ſolū filiū itelligi. ⁊ nō hoīeꝫ. qꝛ hō nō ē imago dei. ſꝫ ad imaginē dei factꝰ. ſꝫ qꝛ huic opinioni ꝯtrat̄ illud apl̄i. vbi dicit ꝙ vir ſit imago dei ⁊ gl̄ia dei. quapropt̄ mgr̄ videt̄ eā reprobare. Alia opinio dic. ꝙ filiꝰ dei ſit ꝓprie imago ⁊ ſl̄. ſilitudo. ⁊ ꝙ hō ſit factꝰ ad imaginē filij. ⁊ ſil̄itudiem ſl̄. Hāc opinionē m. nō appbat. eo ꝙ ſctōrū autoritatibꝰ minime ſit fulcita. Poſtea dic mgr̄ hoīem eē fcm̄ ad imaginē ñ cuiꝰ cūqꝫ ſingl̄aris ꝑſō e diuie. ſꝫ to

tius trinitatis. ⁊ hoc ſcd̃m naturalia. id eſt
ſcd̃m aīam ad ſimilitudinē dei factus eſt hō
quātum ad ſupaddita aīe euiuſmodi ſunt v
tutes. ſcʒ innocentia et iuſtitia. que naturali
ter in mente ratōnali exiſtunt. Tertia pro
poſitio eſt hec. Homo qui eſt ymago dei ad
ymaginē dei creatus nequit adequari dei fi
lio. qui nō eſt ad imaginē ſed ſolū imago eſt
patris ratōne eterne natiuitatis. Hanc mgr̄
ꝓbans dicit ꝙ filius dei et homo dei imago
ſunt. ſed filius ſolus imago et nō ad imagi
nē. quia nō creatus ſed natus equalis patri
et in nullo diſſimilis. homo aūt eſt imago et
ad imaginē. quia creatus nō genitus nō eq̄
lis. ſed quadā ſimilitudine accedēs. Et hāc
magiſter cōfirmat autoritate Beati Augu.
Et ſicut prius dictū eſt. Cū nulla imago tri
nitatis create eſt ſine magna diſſimilitudine
imaginis increate repſentatiua ꝓpter realē
differentiā que inter illas imagines cōſidera
tur. ita etiā nec homo ad imaginē dei creat⁹
pōt adequari filio in diuinis. qui eſt patris
imago. ꝓpter diuerſitatis diſtantiā inter dei
filiū et hominē. Et tātuʒ in ſpāli. Di. xvij.

# Jc de origine.

Jſta eſt diſtin. xvij. hu⁹ ſecūdi libri
Jn qua mgr̄ oſtēſa ꝓductōne ho
minū in generali. Agit de ꝓductione viri in
ſpāli. Et tria facit. Nā pmo agit de ꝓductōe
aīe qua ipſum viuificauit. Secūdo de para
diſo in qua ipſuʒ collocauit. Tertō de ligno
ſcīe quo eundē non vti ſibi pcipiēs limitauit
Primū facit a pncipio diſtinctōis vſq ibi.
(Solet etiā queri) Scd̃m vſq ibi (Jn hoc
aūt paradiſo) Tertiū vero vſq ad finē diſti
ctōis. Et tm̄ in generali. Jn ſpāli aūt ſentē
tia mgr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitōibus. quarū p
ma eſt hec. Deus ꝙ Ade aīam nō de diuina
ſubſtātia nec de aliqua materia creauit ſʒ ip
ſam ex nihilo creando eidē inſpirauit. Hanc
em̄ ꝓpoſitōem mgr̄ ꝓbans dicit. ꝙ aīe hoīs
creatio exprimitur in Geneſi qui dicit. Jn
ſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite. quā qdeʒ
inſpirauit et fecit nō faucibus corporeis. nec
de ſua ſubſtātia ipſam a ſe efflauit vt qdam
heretici opinant. ſed dicit inſpiraſſe quando
aīam ad modū flatus de nihilo ſpirital'r cre
auit. Sed circa hoc tūc monet vnā queſtionē
Utrū ſcʒ aīa creata ſit in corpe vel extra cor
pus. Et reſpōdēs dicit. ꝙ aliqui opinati ſunt
ꝙ ſit creata in corpe. Alij vero opinati ſunt
ꝙ ſit creata extra corpus. Sed mgr̄ de aīma
pmi hoīs quo ad hoc nihil determīat. ſed
de alijs aīabus certiſſime ſciendū eſſe dicit
ꝙ in corpore creent. Scd̃a ꝓpoſitō ē hec.
Deus qui Adā in virili etate plaſmauit eun
dem ab extra in paradiſum collocauit. Hanc
em̄ ꝓpoſitōem mgr̄ ꝓbans querit. Utrū p
mus homo creatus fuit in virili etate. Et re
ſpondit ꝙ ſic. ſed nō virtute cauſaꝝ inferioꝝ
ſed diuīa vtute. qꝛ multa ſunt poſſibilia ſcd̃m
cauſas ſupiores que fieri cauſaliter non pnt
ſcd̃m cauſas inferiores. et ſic virga moyſi v
tebat in draconē virtute diuina. nec talia ſi
unt contra naturā. niſi tm̄ modo nobis qb⁹
curſus nature aliter nō innotauit. Et ſubdit
mgr̄ ꝙ hoīem vt pmittit in virili etate for
matū deus poſuit in paradiſuʒ. Nō ideo di
cit magiſter fuiſſe factū. qꝛ nō erat in eo mā
ſurus velut cognoſceret ꝙ nō eſſet nature e
ius vt in illo loco eſſet ſed gratie. De quo ſūt
tres opiniones. Prima dicit paradiſum eſſe
locū corpalem pciſe. Scd̃a dicit ipm eſſe lo
cuʒ ſpūalem. Tertia que magiſtro placʒ po
nit vtrūqʒ affirmans ꝙ ſpūaliter gerat typū
eccleſie pſentis vel future. et cū ad litterā ſit
locus corporalis. longe a terra habitabili p
homīes p interpoſitionē maris vel lōgo ter
re ſpacio ſeparatus. et ſui ſitus altitudine vſ
qʒ ad lunarē circulū ptingens. Tertia ꝓ
poſitō eſt hec. Adam in paradiſo de fructu li
gni ſcīe boni et mali nō a natura ſʒ ab ad
uentu futuro ſic dicti guſtādo peccauit. Hāc
ꝓpoſitōem mgr̄ ꝓbans ꝓponit ꝙ ſcʒ in pa
radiſo erant et diuerſa ligna inter q̄ vnū di
cebat lignū vite. ⁊ hmōi virtutē diuinit⁹ ac
ceperat. vt de ſuo fructu cōmedentes ab in
firmitate et morte cōſeruare poterat. Aliud
aūt dicebat lignū ſcīe boni ⁊ mali. nō a natu
ra nec ab aliqua virtute ſibi a deo indita. ſʒ
ab aduētu. qꝛ poſt eius guſtū hō expimenta
liter cognouit differētiā inter bonū obedien
tie ⁊ malū inobediētie. Et ſubdit ꝙ eſus illi
us ligni licitus fuit de ſe. ſed fuit hoī interdi
ctus. ⁊ ad oſtēdendū quātū malū ſit inobe
diētia. etiā ſi fiat in hijs que de ſe ſunt licita
Et tantum in ſpeciali. Diſtin. xviij.

# N eodē quoqʒ

Jſta eſt diſtinctō. xviij. huius ſecū
di libri. Jn qua mgr̄ poſtq̄ egit

de productōne viri. Agit de ꝓductōne mulie-
ris. Et tria facit. Nam primo agit ꝺ forma-
tione corporis mulieris. Secundo de mate-
ria de qua formabatur. Tertio de anima q̄
viuificabatur. Primū facit a principio diſtī-
ctionis vſq̄ ibi (Sed queritur) Secundū
abinde vſq̄ ibi (Quēadmodum mulierū)
Tertium vſq̄ ad finem diſtinctōnis. Et tā-
tum in generali. In ſpeciali ſententia magi-
ſtri ſtat in tribus ꝓpōibus. quarum prima
eſt hec. Deus de coſta Ade dormientis ī pa-
dyſo ſine alicuꝰ alterꝰ matīe additiōe for-
mauit corpus Eue. Hanc magiſter ponens
dicit. ꝙ plātata paradyſo. ⁊ Adam in ea po-
ſito ⁊ animalibus in eā ductis ⁊ noībꝰ pro-
priis corꝝ ꝑ eū aſſigñtis: immiſit deꝰ ſoporē ī
adā. ipo ꝗ̄ dormiēte vnā de coſtis eiꝰ tollēs
formauit eā ī mulierē. Circa quā mām det-
minat q̄tuor qōes. quaꝝ ꝑ. ē hec. Quare ꝺs
nō creauit ſimul feminā ⁊ viꝝ ſic ſiꝉ creauit
angelos. Ad qꝺ r̄ndēs aſſerit duplicē cām.
Una ē. vt ſupbia dyaboli ꝯfunderet. nā dy-
abolꝰ aliud a deo ꝑncipiū eē ꝯcupierat. ⁊ iō
vt ī hoc ꝯfunderet accepit hō hoc ī munere.
ſcꝫ vt vnꝰ hō eēt ꝑncipiū oīm hoīm. Alia rō
ē vt ſilitudo dei maḡ ī hoīe maīfeſtaret. q̄a
ſic̄ deꝰ oībꝰ rebꝰ ē vnū ꝑncipiū creatōnis. ſic
vnꝰ hō ē vnū ꝑncipiū gñatōis oībꝰ hoībus
quod fieri nō potuiſſet. ſi eos ſimul creaſſet.
Scđa queſtio ē. q̄re mulier ſpālr facta
ē ꝺ coſta ade: ⁊ nō de aliqua alia pte corpo-
ris. Reſpondet. q̄ viro ñ dn̄a nec ancilla ſed
ſocia ꝓducebaꝉ. iō nō de capite nec ꝺ pedibꝰ
fuit ꝓducta. ſꝫ de latere. vt iuxta ſe ponēdaꝝ
eā cog̃ſceret quā de ſuo latē ſumptā didiciſ-
ſet. Tertia qō ē. Quare potiꝰ de latere viri
dormiētꝭ ꝙ vigilātis ſumebaꝉ coſta ad mu-
lieris formatōē. Ad qꝺ r̄ndēs aſſig̃t tres rō-
nes. Prima ē. ne vir ſentiret dolorē ī coſte ſb-
tractōe. Scđa vt deꝰ ī hoc oñderet ſuā potē-
tiā cū hoīs dormiētꝭ latꝰ apuit: ⁊ ipm tañ a
ſaporis q̄ete nō excitaret. Tertia vt ꝓfluxio
ſacramētoꝝ de latere xp̄i ī cruce dormiētꝭ fi-
guraret. Quarta ē. An de ſola coſta ſine ali-
cuiꝰ alteriꝰ mēbri additōe fuit mlr formata.
Et r̄ndet ꝙ nō fuit ad ipm aliq̄ alia mā ad-
dita. ſed ſolū coſta fuit mltiplicata diuīa vir-
tute ad totiꝰ mulieris formatiōem. ſic factū
fuit de q̄nq̄ panibꝰ multiplicatis ad ſatura-
tionē mltoꝝ hoīm. Et ſubdit. ꝙ lꝫ mulierū
formatio facta fuit angeloꝝ miſterio. nō tñ
ꝓpt̄ hoc ſūt creatores cēſendi. Scđa ꝑ. ē
hec. Corpis eue de coſta corpis ade organi-
ſatio nō fuit ex aliq̄ rōe ſemīali ī ꝑncipiis
rebꝰ inditis ſeu creatis. Hāc mā. ꝓbās q̄rit.
Utꝝ ī illa coſta erat rō ſeminaꝉ ad mulieris
ꝓductōez. Ad qꝺ r̄ndēs ponit dr̄aꝫ int̄ cās
ꝑmordiales ⁊ int̄ rōes ſemīales. Nā cauſe
ꝑmordiales ab et̄no fuert̄ ī deo. Rōes vero
ſemīales ex tpe indite ſūt creaturꝭ. ⁊ nō hñt
ſe reſpectu oīm ſic̄ cāe ꝑmordiales: ſꝫ reſpe-
ctu quorūdā tm̄. Attñ rōes ſemīales poſſūt
quodāmō dici cāe ꝑmordiales: cū rebꝰ ī pri-
ma ſua ꝯditōe indite ſūt. Tñ q̄ ſunt quaſi
ꝑncipalia reꝝ ex ipiſ ꝓducēdaꝝ ꝑncipia. Et
ſubdit. ꝙ quedā ſunt q̄ nālr ꝓducūꝉ ex rō-
nibus ꝯſemīalibꝰ. Alia vō fiūt ſupnatura-
liꝉ. quoꝝ cāe ſūt tm̄ in deo. Ex his cōcludit
r̄nſum ad queſitū dicēs. ꝙ cū mulierꝭ forma-
tio nō fuit de coſta nālr ſꝫ ſupnaturaliter
facta. ꝯſequens ē illa coſta nō fuit rō ſemīaꝉ
ad mulieris ꝓductōez. Tertia ꝓpō. ē hec
Deꝰ aīaꝫ Eue nō de aīa Ade. ſꝫ ex nihilo in-
fundēdo eā cōdidit. Hāc magiſter ꝓbās dic̄
ꝙ aīam mulieris q̄dā poſuerūt de aīa viri ꝓ-
pagatā. Sed hoc ē falſū. q̄m aīa rōnaꝉ ē in-
generabilis ⁊ incorruptibiꝉ ſolū ꝑ actū diui-
ne v̄tutis creatiuū ꝓducibiꝉ: non hñs aliq̄ſ
ꝑtes quātitatiuas in q̄s poterit lacerari qꝺ
tñ eſſet neccium ſi vna aīa eēt ab alia ꝓpagā-
da. quēadmodū ē de mā: q̄ ſi debeat ad di-
uerſaꝝ formaꝝ ſuſceptōez adaptari neccio h̄
diuerſas portōes diuidiꝉ ad ſubſtandū tali-
bus diuerſis formis q̄bus ꝑ v̄tutē effectiuā
ꝓducētis ꝓportionanꝉ. Alij vō dixerꝉ eā ab
initio cū ceteris aīabus fore creatā. ſed ſcđm
fidei catholice ſnīam ipa ſicut oēs alie rōna-
les creādo infundebaꝉ: ⁊ infundēdo creaba-
tur. Uñ be. Hiero. excōicat oēs q̄ dicūt aīaſ
ex traduci. Et tantū in ſpāli. Diſt. xix.

# Olēt queri plu:

Iſta ē diſ. xix. hꝰ ſcđi li. In q̄ mgr̄
poſt ꝙ egit de ꝓductōe hūane na-
ture: agit de ipius ꝯſeruatōe. Et tria fac. nā
ꝑmo oñdit hoīem immortalē fuiſſe in ſtatu
innocētie. Scđo inq̄rit an illā immortalita-
tē habuiſſet a nā. vel ex dono gr̄e. Tertō reci-
tat q̄d clamāt ꝺ illa imortalitate diuerſe opi-
niones. Primū facit a pri. diſt. vſq̄ ibi (So-
let h̄ q̄ri) Secūdū vſq̄ ibi (Sed adhuc q̄-
rit̄) Tertiū vſq̄ ad finē diſtin. Et tm̄ in ge-

nerali. Jnſpāli ſen. ma. ſt. in tri. p. quaꝝ p̄. ē
hec. Adā ī paradyſo añ ſtatū peccati viguit
nō moriēdi ptāte. Hāc pbans mgr dicit. ꝙ
pm⁹ hō añ peccatū erat quodāmō mortal' ⁊
imortalis, q2 poterat mori ⁊ poterat nō mo
ri. Poſtea inſinuat triplicē ſtatū hoīs. ſ. ante
peccatū in quo habuit poſſe nō mori. p⁹ pec
catū in quo habuit neceſſe mori. ⁊ poſt reſur
rectōem in quo habuit impoſſibilitatē mori
endi. Et ſubdit. ꝙ corp⁹ humanū erat aīale
egens alimētis. ⁊ iō erat mortale hn̄s tñ cū
hoc poſſe nō mori. poſt pctm̄ factū ē mortu
um ⁊ neceſſitatē moriēdi hn̄s. ſed in reſurre
ctione erit ſpūale: cibis nō egēs: ⁊ mori nō
potēs. Scd̄a ppō ē hec. Homi īmortali-
tas affuit in ſtatu innocētie: nō ex cōditōne
ſue nature. ſed ex ligni vite vſu. et ex bn̄ficio
cōditoris. Hanc mgr pbans querit. Utrū
poſſe nō mori ī ſtatu homo añ peccatū nō
habuerit ex dono gratie. vel ex cōditione ſue
nature. Ad quod rn̄dēdo dicit ꝙ non habu-
it hoc ex cōditōe nature ſue. ſed ex dono grē
videlicet ex vſu ligni vite. Et pbat hoc auct.
beati Aug. ⁊ cōfirmat hoc dicto antiquorū
dicēs. ꝙ homo poſſe nō mori habuit ex vſu
ligni vite. qd̄ patet ex hoc. q2 ſi nō fuiſſꝫ eſu
eius vſus peccaſſet. q2 pceptū habuit vt illo
vteret. ⁊ p cōſequēs cū mors ſequat peccatū
ſi hō eſu ligni vite vſus non fuiſſet: mortē
ſubijſſet. ⁊ ſic poſſe nō mori habuit ex vſu li
gni vite. Tertia ppō ē hec. Adā immor-
talitatē habuiſſe in ſtatu innocētie doctores
opinādo deſignāt diuerſimode. Hāc ma. p-
bans querit. An dato ꝙ homo nō habuiſſꝫ
pceptū de vſu ligni vite ⁊ de alijs. an adhuc
habuiſſet nō mori. ſed ſemp viuere ſi illo li-
gno vſus nō fuiſſet. Et rn̄dēs dicit aliquos
dicere. ꝙ lignū vite non fuit total' cā immor
talitatis ſed coadiuuās. Notādū ꝙ erat ade
datū triplex pceptū ſiue mandatū. Unū. ſ.
diſcipline. ⁊ tale datū erat pmo hoi inqtū
pcipiebat ſibi ꝙ nō ederet de ligno ſcientie.
Aliud ē nature. ⁊ hoc duplex ē. ſ. ad cōſeruā
dū naturā vlem. ut hoc dictū fuit ſibi. Cre-
ſcite ⁊ mltipicamī. Aliud ad cōſeruandū na
turā pticularem. ſ. vt comederet de ligno vi-
te. Alij dicūt ꝙ oīno habuit immortalitatē
ex vſu ligni vite. Et ſubdit quaſdā auto. be.
Aug. quibus dicit quō alia fuit immortali
tas Ade ab immortalitate beatoꝝ in eterna
patria. ⁊ ꝙ immortalitas ade p vſum alioꝝ
ciboꝝ cōſeruata fuiſſet. ⁊ ad tps. ſ. quouſqꝫ
ſumpſiſſet de ligno vite. ⁊ fieret pfecte imor
talis. Quibuſdā autem viſum fuit. ꝙ etiā
a natura habuiſſet quandā immortalitatē.
ſed pfectā habuiſſet p vſum ligni vite. Ma
giſter ſuſtinet aūt ꝙ etiā pmam imortalita-
tem ex vſu ligni vite habuiſſet. Et tantū in
ſpeciali.

Diſt. xx.

## Poſt hoc viden.

Jſta ē diſt. xx. huius ſecundi libri
Jn qua mgr poſtꝙ egit de cōſer
uatione humane nature p nutrimēti ſūptio
nē: agit de cōſeruatōe eiuſdē p naturalē ge-
neratōem. Et tria facit. Primo em̄ inquirit
an hoīes in ſtatu innocētie añ peccatū genu
iſſent. Scd̄o quales ples pcuraſſent. Ter-
tio qualiter ad ſtatū meliorem ptrāſiſſent.
Primū vſqꝫ ibi (Si vo querit) Scd̄m vſqꝫ
ibi (Tal' erat hoīs ſtatus) Tertiū vſqꝫ ad fi
nem diſ. Et tm̄ in generali. Jn ſpāli ſen. in-
ſtat in tri. p. quaꝝ pma ē hec. Si pmi parē-
tes non peccaſſent generatōnis officio ſine
pruritu et libidine in paradyſo expleto ſine
morte cū oīb⁹ ſuis ſimul vl' ſucceſſiue ad me
liorē ſtatū trāſlati fuiſſent. Hāc mgr inſinu-
ans qrit qualiter pmi parentes filios pcre-
aſſent ſi nō peccaſſent. Et rn̄dens dic quoſ-
dam opinatos fuiſſe ꝙ p cōcubitū nō genu-
iſſent, eo ꝙ cōcubitus ſine corruptōe non ē.
que corruptio ante peccatū eſſe nō potuit ī
hoīe. Sed mgr dicit. ꝙ ſcd̄m veritatē cōcu-
bitus ibi fuiſſet thorus immaculat⁹. et nu-
ptie honorabiles. ⁊ cōmixtio ſine cōcupiſcē
tia. ⁊ vſus membroꝝ genitaliū ſine corrupti
one. imo membra genitalia fuiſſet homi ad
vſum ſcd̄m voluntatē. ſicut hō vtit alijs mē
bris. Poſtea magiſter mouet duas qōnes.
Prima eſt. quare non fuit generatio in para
dyſo facta. Et rn̄det ꝙ hoc fuit: vel q2 non-
dū deus pceperat ꝙ generarent. vel q2 ſtati
poſt mulieris formatōem peccatū ⁊ eiectio
de paradyſo fuit ſecuta. Secūda queſtio ē.
Qualiter parentes poſt generatōem ad pfe
ctam immortalitatem ⁊ beatitudinē trāſiſ-
ſent. Reſpondit ꝙ hoc eſt dubiū. Nā ſcriptu
ra nihil de hoc ponit. ſed fieri potuiſſet vt p
acta generatōne ſtatim parentes anteꝙ filij
fuiſſent ad beatitudinem tranſlati. Uel ſic.
ꝙ parentes et filij ſimul vixiſſent; et poſtea

completo numero electoꝝ ſimul ad beatitu
dinem fuiſſent tranſſumpti. Secūda pro
poſitio ē hec. Primi parenteſ ſi in ſtatu pſti
tiſſent innocentie filios nō ſoluꝫ in ſtatura
puulos. ac pfecto vſu mēbroꝝ deſtitutos ⁊
alēdoo genuiſſent, donec corpe ⁊ intellectu
ad pfectum pfeciſſent. Hanc magiſter pbās
mouet ⁊ determinat circa hoc duas qōnes
Prima eſt, quales filios genuiſſent in ſtatu
innocentie. ſ. an filios magnos ſcōm corp⁹
ac membrorū ſuoꝝ vſum habentes. ſicut pri
mi parentes creati fuerunt membrorū ſuoꝝ
compotes loquētes ⁊ opantes ſemoꝛuꝫ ho
minū opatōnes. Ad quod rn̄dens dicit. ꝙ
opoꝛtebat naſcī puulos ppter materiaruꝫ
viſcerū artitudinem. Sed quia be. Auguſt.
hanc qōnem mouēs ⁊ nihil determinās di
cit aliquos opinatos fuiſſe ꝙ filij naſcenteſ
eque mēbrorū vſum ⁊ loquele vſum habu
iſſent. ſicut apparet in qbuſdam animalib⁹
ꝙ ſtant immediate poſt natiuitatē ⁊ matreſ
ſequūtur. Alijs autēꝫ placet ꝙ tūc ſicut mō
in ſtatura corpis ⁊ loquela ⁊ in alijs hmōi
p tpis momenta pfeciſſent, quia ſicut ex cō
ditōe nat̄e in illo ſtatu ſine culpa īdigebāt ci
bo ſic etiā ex ↄditōe nat̄e ī illo ſtatu ſine c'pa
ō puul' in magnos pfeciſſent. Secūda q̄
ſtio eſt. Utrum in alijs his qui concernunt
aīam ſcꝫ in ſenſu ⁊ intellectu pfeciſſēt ſcōm
cōcernentia ipm corpus. Et rn̄dens dic. ſu
ſtinēdo ipam pmam opinionē ſupradictaꝫ.
ſcꝫ ꝙ pfeciſſent ſcōm corpus. pōt etiam ſuſti
neri ſecūda. ſ. ꝙ pfeciſſent ſcōm animā ⁊ in
his que ad aīam ptinent ad augmētuꝫ acce
piſſent. attamen ignorātia ſcientie tunc ī p
uulis non fuiſſet penoſa ſicut modo in hoī
bus: ſed tm̄ naturalis. eo ꝙ nō fuiſſet reſpe
ctu eoꝝ que ſcire tenerētur, qualis ſolum di
citur pena. Tertia ppoſitio eſt hec. Ta
lis conditōnis erat hoīs inſtitutio ante pec
catum ꝙ obſeruando diuinū pceptum fuiſ
ſet cum tota ſua poſteritate tranſlatus vlti
mate ad melioꝛem ſtatuꝫ vbi melioꝛi bono
ſcꝫ eterno frueretur. Hanc ppōem magiſter
ſententialiter ponēs ſubdit rōem quare ho
mo de illo bono tpali ad eternū transferet.
quia ſicut ex duplici natura homo cōſtabat
ita duplex bonū ei parauerat. Primū bonuꝫ
ſcōm apl'm eſt tpale ⁊ viſibile. quod ſcꝫ pre
parauit carni in paradyſo. Aliud bonuꝫ eſt
ſpirituale eternū ⁊ inuiſibile. ſ. beatitudo et
na. ad quod mediante obedientia et merito
ferendus fuit. Et tantum in ſpāli.

Diſt. xxi.

# Jdcs igit dia.

Jſta eſt diſtinctio viceſima pma
huius ſecundi libri. Jn qua ma
giſter Poſtꝙ egit de pertinentibus ad pri
mam hominis inſtitutōnem. Agit de per
tinētibus ad eius caſum ⁊ deſtitutiōem. Et
tria facit. Primo oñdit quō ↄtingit primos
parētes puaricari. Scōo ſubdit quare dece
it peccatū eoꝝ remediari. Tertio aūt ſbiūgit
ꝙ preceptum dei per virum ad mulierē de
buit deriuari. Primum facit a principio di
ſtinctionis vſqꝫ ibi (Et tamen quia aliquā)
Secūdum vſqꝫ ibi (Jllud etiam.) Terti
um abinde vſqꝫ ad finem diſtinctionis. Et
tantuꝫ in generali. Jn ſpeciali ſententia ma
giſtri ſtat in tribus propſitōnibus. Quaruꝫ
prima eſt hec. Homo in paradyſo a diabolo
temptatus: eſt diuinum preceptum preuari
catus. Hanc propoſitōnem magiſter pro
bans dicit, ꝙ dyabolus videns ꝙ homo p
humilitatem obedientie poſſet ad gloriam
aſcēdē celeſtē a qua ipſe p ſupbiā coꝛruerat.
iō inuidēs hoī eū tēptauit ⁊ vires ſuas quo
dāmodo in eo expiens. ſed in debilioꝛi pte
ſexus. ſ. in muliere quā p tēptatiōem aggreſ
ſus ē. Un̄ volēs dolo ſupplātare q̄ virtute ⁊
violētia ſupare nequibat mulieri apparuit ⁊
nō qdeꝫ in ſua ſpē ppria. ne cognoſceret ap
te. ſed neqꝫ etiā in quacūqꝫ alia ſpē pmiſſus
fuit apparere. ſꝫ tm̄ in illa in qua eius fraus
de facili poſſet comprehendi. ſcilicet in ſpe
cie ſerpentis per quem dyabolus quaſi per
quoddam inſtrumentuꝫ locutus eſt. nec ſer
pens verba intelligebat. ſed mouebatur a
dyabolo. ſicut aſina Balaam ab angelo bo
no. quem ſerpentem mulier videns loquen
tem: credidit ipſuꝫ loquendi officium a deo
recepiſſe. Et ſubdit. ꝙ temptatio hoc oꝛdi
ne facta eſt ⁊ modo. ꝙ dyabolus interroga
tiue loquebatur dicens. Quare precepit de
us ne de hoc ligno comederetis. vt ex reſpō
ſione eius diſceret qualiter in temptatione
procedere deberet. Unde cūꝫ mulier ſtatim
dubitatiue reſpondit dicēs. Ne forte morte
moriamur. ipe negatiuā addit citius metū
moꝛtꝫ excludēdo ⁊ dixit. Neqꝙ moꝛiemi. ⁊
ad mulierꝫ maioꝛē deceptōꝫ pmū pmittēs

et, illa que hõ naturaliter appetit. ſ. pmo vi-
ſitatione ignorãtie dicẽs. Apient oculi veſtri
Scḋo ad excellẽtiã dignitatis: addẽs. Et eri
tis ſicut dij. Et pſpicacitatẽ ſcie ↄcludẽs. ſci
entes bonũ ⁊ malũ. Tẽptauit qḋẽ pmo ipas
de gula loquẽs de cibo. Scḋo de vana glã:
in pmiſſiõe dignitatis. Tertio de auaritia: i
ſcie pmiſſione. In hac eñ triplici pmiſſiõe
triplici genere peccati dyabol⁹ primũ hoiem
tẽptauit. Subdit etiã dues eſſe ſpẽs tẽpta
tionis. quaꝝ vna ẽ exterior. ⁊ fit cũ malũ ab
extra viſibili ſigno vel verbo ſuggerit. Alia
quidẽ ẽ interior q̃ inuiſibiliter pficit ab ad-
uerſario, ⁊ eſt duplex. Quia ei qñqꝫ fit ab ho
ſte tñ. ⁊ ſic ẽ ſine peccato. Aliqñ a carne, q̃
nõ fit ſine peccato. ⁊ qꝛ tẽptatio interior dif
ficilior eſt q̃ꝫ exterior, ⁊ homo ſola tẽptatiõe
exteriori pulſatus cecidit. ideo tãto grauius
plectend⁹ erat: quãto leuiori pulſu fuerat p-
ſtratus. Scḋa eñ ppõ eſt hec. Cõueniẽſ
qḋem fuit hoiem poſt lapſum p aliquem re-
dẽptorẽ reformari ⁊ nõ angelũ. Hanc eñ p
poſitionẽ mgr pbans aſſerit rõnes q̃re pec-
catum hominũ fuit remediabile ⁊ non pec-
catũ angeloꝝ. Prima eñ eſt. qꝛ lꝫ homo mo
dicã habuit occaſionẽ ad peccatũ. tamẽ q̃a
p alium ſeductus cecidit. p aliũ repari debu
it. Dyabolus ṽo quia nullo ſuadente pecca
uit. peccatũ ei⁹ irremediabile extitit. Alia rõ
eſt. qꝛ nõ tota angelica natura puaricata fu
it. vel perierat. hũana autẽ tota perierat. iõ
hũana nã magis erat repanda. imo etiaꝫ per
hũane nature repatõem angeloꝝ ruina erat
reparãda ⁊ reſtaurãda. Tertia p. eſt hec.
Cõgrue ſunt diuina precepta p viꝝ ad pri-
mam mulierẽ deriuata. Hãc ppõnem mgr
pbans dicit. hic eẽ notandũ q̃ꝫ non ſoli viro
datum fuit pceptum de abſtinẽtia ligni ve-
titi. Quod patet ex hoc. qꝛ mulier rñdẽs dy-
abolo dixit. Precepit nobis deus. nõ obſtã
te q̃ꝫ etiam añ mulieris formatõem dñs vi-
ro pceptum dederit. qḋ p eum ad mulierẽ
debuit deferri. qꝛ viro ſubiecta debuit nõ im
mediate a deo: ſꝫ p mediũ viri pceptuꝫ diui-
nũ recipe. Sicut dicit aplus ad Coꝝ. x. Si
q̃d diſcere voluerint mulieres dños viros ſu
os interrogẽt. Et ſubdit quõ vir potuit loq̃
⁊ quõ mulier virũ loquentẽ intelligere potu
it. Et dicit. q̃ꝫ rñderi põt q̃ꝫ tales fuerũt a dõ
facti. qꝛ poterãt loqui. Et tñ in ſpãli de ſen
tẽtia huius diſtinctiõis.

Diſt. xxij.

# Ic videtur dili.

Iſta eſt diſt. xxij. huius ſecũdi li.
In qua mgr poſtq̃ꝫ egit de tẽpta
tione ex pte tẽptantis: agit de eodem ex pte
tẽptati. Et tria facit. Nã pmo inq̃rit q̃d qui-
libet coꝝ peccãdo appetierit. Scḋo q̃s eorũ
grauius peccauerit: vir aut mlier. Tertio vñ
cõſenſus quo peccauerũt pceſſerit. Primuꝫ
facit a prin. diſt. vſqꝫ ibi (Ex quo maifeſte)
Secundũ abinde vſqꝫ ibi (Solet etiã q̃ri)
Tertiũ vſqꝫ ad finẽ diſt. Et tantũ in genera
li. In ſpeciali ſentẽtia mgri ſtat in trib⁹ p. q̃
rum pma eſt hec. Nõ adam ſed eua in tanta
elatõne fuit ſeducta vt p eſum ligni vetiti ſe
ſimilem fieri deo eſtimauit. Hãc mgr pbãs
dicit. q̃ꝫ radix ⁊ origo primi peccati pmorũ
parentum fuit. q̃ꝫ in animis coꝝ pceſſit que
dam pſumptiõis elatio ex qua dyaboli ſug
geſtione ↄſenſerũt: pmo mulier. ⁊ poſtea vir
Cõtra qḋ dictũ obijciens dicit. q̃ꝫ ex ipſo di
cto ſeq̃tur hoiem nõ alterius ſuggeſtiõi ſed
ppria ſupbia peccaſſe vt angelus. et p ↄñs
vt angelus corruiſſe. cuius tñ ↄtrium diceba
tur in pcedenti diſt. Ad qḋ rñdet dicẽdo. q̃ꝫ
cũ dicebat elatõem quãdã in peccato pmo-
rũ parentũ pceſſiſſe, nõ ita intelligebat q̃ꝫ il
la elatio pceſſerit ſuggeſtionem ſꝫ vt op⁹ pec
cati. Nã in illo peccato iſte fuit pceſſus ⁊ or
do. q̃ꝫ pmo pceſſit dyaboli tẽptatio. ex qua
ſecuta eſt immediate hoĩs elatio. quã ſecutũ
eſt pctm̃ opis. ⁊ vlterius pena peccati. Et ſb
dit. q̃ꝫ talis elatio fuit aliter in muliere q̃ꝫ in
viro. qꝛ mulier credidit ſe poſſe hr̃e dei ſimili
tudinẽ: putãs veꝝ eſſe qḋ dyabol⁹ ſuadebat
vir ãt nõ credebat nec putabat veꝝ eẽ qḋ dya
bol⁹ ſuadbat. aliq̃ tñ elatõ ĩ mẽte c⁹ p tẽpta
tiõꝫ extitit. vñ vir aliter fuit ſeduct⁹ q̃ꝫ mlier
qḋ diuerſis ſanctoꝝ autoritatib⁹ mgr cõfir-
mat. Scḋa p. ẽ hec. Grauius eua q̃ꝫ adã
peccauit trãſgrediẽdo diuinũ pceptũ in pa-
radyſo. Hãc mgr pbat tripl'r. Primo ex hoc
q̃ꝫ mulier verũ eſſe credebat qḋ dyabolus ei
dixit. qḋ non fecit vir. vt pꝫ ex pdictis. Scḋo
ex hoc q̃ꝫ mulier elata nimis preſumebat ſe
poſſe fieri equalem deo. quod non fecit vir.
ſed de pnia ⁊ miſcḋia dei cogitans decept⁹
fuit in hoc q̃ꝫ eſtimabat peccatũ eſſe veniale
qḋ mortale fuit. Tertio ex hoc q̃ꝫ mlier pec
cauit in deum, in ſe, ⁊ in primũ. vir aũt ſolũ

in deū ⁊ in ſeipm. Sed contra id obijcit tri
pliciter. Primo autoritate be. Aug. dicentiſ
ꝙ vtriuſqꝫ erat par faſtus. ⁊ ꝑ ꝯñs equalit̄
peccauerūt. Ad quod r̄ndens dicit. ꝙ lꝫ vtri
uſqꝫ erat par faſtus in excuſatōe peccati. qꝛ
vir excuſauit ſe ꝑ mulierē: ⁊ mulier ꝑ ſerpen
tem. in muliere tñ multo maioꝛ faſtus erat
quo ad tria p̄dicta. Scđo obijcit autoritate
beati Augu. dicētis. ꝙ etiā vir voluit eē eq̄
lis deo. Ad quod r̄ndens. ꝙ hoc aliqui opi
nati fuerūt qui tamē cū hoc poſuerunt ꝙ vir
n̄ tāta ābitōe ad hoc exarſit ſicut mlier. Ter
tio obijcit ꝯtra idem aſſumēs ꝙ tribus mo
dis peccatū ꝯmittit̄. ſ. ex ignorātia. ex infir
mitate. ⁊ ex induſtria. ⁊ grauius eſt peccatū
qđ cōmittit̄ ex infirmitate: ꝙ quod ꝯmittit̄
ex ignorātia. ⁊ grauius qđ cōmittit̄ ex indu
ſtria ꝙ quod cōmittit̄ ex infirmitate. cū ergo
mulier videt̄ peccaſſe ex ignorantia. qꝛ ſedu
cta fuit. adam vo ex induſtria qꝛ non fuerat
ſeductus ſcđm ap'lm. ergo videtur vir grauius
peccaſſe muliere. Et r̄ndens magiſter dic. ꝙ
lꝫ mulier quo ad hoc ex ignorantia peccauit
ꝙ ꝑ dyabolū ſeducta credidit eſſe verū qđ
ipſe ſuadebat. non tñ quo ad hoc ꝙ mādatū
dei non nouerit cuius oppoſitū dyabolus ſi
bi ſuaſit. ⁊ ideo ꝑ ignorantiam excuſari non
pōt: cum ibi ignorantia tollat̄ vbi mādatū
nō ignorat̄ ⁊ peccatū eſſe ꝯ ipm mādatum
agere nō dubitat̄. Poſtea ſubdit diſtinctōeꝫ
ignorantie dicens. ꝙ ignorātia alia eſt vinci
bilis. ⁊ eſt coꝝ que nolūt homies ſcire tamē
pñt ⁊ tenentur. ⁊ illa non excuſat a peccato.
ſed potius peccatū aggrauat. Alia ē inuinci
bilis. ⁊ ē coꝝ que hoīes volūt ſcire ⁊ nō pñt
⁊ illa excuſat. ⁊ non ē peccatū ſed pena pctī
Et iſta ꝯfirmat autoritate beati Auguſtini

Tertia ꝓpō eſt hec. Malus ꝯſenſus ho
minis naturā bonam habētis ꝓceſſit ex pro
prio libero arbit̄o ⁊ ſuggeſtiōe dyaboli ſua
dentis. Hanc mgr̄ ꝓbans querit. cū natura
hoīs eſſet ſine vitō vnde ꝓceſſit cōſenſ⁹ ma
lus. Et r̄ndens dicit. ꝙ proceſſit ex libero ar
bitrio volūtatis. vnđ ex hoc ꝙ homo fiebat
deterioꝛ hoc fuit a diabolo qui ſuaſit. ⁊ a vo
lūtate qua homo ſuadēti ꝯſenſum dedit. qꝛ
liberū arbitriū lꝫ de ſe fuit bonū. de ipo tamē
potuit ꝓcedere ꝯſenſus malus. Querit etiā
vtrū volūtas illud peccatū p̄ceſſerit. Et r̄n
det. ꝙ volūtas pōt dicere potētiam anime
ſcꝫ potētiam volitiuā. ⁊ ſcđm hoc volūtas
peccatum p̄ceſſit vel etiā malū actū volūta
tis poſſumus vocare voluntatē. ⁊ ſcđm hoc
volūtas peccatum non p̄ceſſit. qꝛ ante p̄mā
malā volūtatē p̄mi hoīs alia mala volūtas
hoīs non fuit. ſed p̄ma mala hoīs volūtas
ex dyaboli ꝑſuaſione: ⁊ ex hoīs libero arbi
trio ꝓdidit. Et tñ in ſpāli.

Diſt. xxiij.

# Reterea queri.

Iſta eſt diſtic. xxiij. In qua mgr̄
poſtq̄ egit de temptatōe p̄moꝝ
parentū ex ꝑte tēptati ⁊ tēptatoris: agit cō
ſequēter de eadem ex ꝑte dei ꝑmittētis. Et
tria facit. Nam p̄mo inq̄rit quare de⁹ hoīem
temptari ꝑmittit. Scđo de ſcīa qua hō illu
ſtratus fuit. Tertio an etiam hō ſtatū futuꝝ
p̄ſciuit. Primū facit a principio diſt. vſqꝫ ibi
(Et q̄dem ſcđm aīam) Scđm abinde vſqꝫ
ibi (Si vo querit̄) Tertiū abinde vſqꝫ ad fi
nem diſtinctōis. In ſpāli ſnīa magiſtri ſtat
in tri. ꝓpōibus. Quaꝝ p̄ma ē hec. Deus ho
minē quē p̄ſciuit decipiendū ad laudabil⁹
bonū temptari ꝑmiſit. Hanc mgr̄ inſinuās
querit quinqꝫ q̄ones. Prima ē. cur deus ho
minē tēptari ꝑmiſit quē decipiendū preſci
uit. Et r̄ndens ad hoc dicit. ꝙ oſtendendū
humane nature dignitatem. quia dignioꝛ ē
conditio poſſe tēptari ⁊ nō cōſentire: ꝙ nec
poſſe temptari nec poſſe cōſentire. Secūda
queſtio eſt. Cur deus illos homines creauit
quos futuros malos p̄uidit. Ad qđ reſpon
det dicendo. ꝙ ꝓpter bonū quod inde vētu
rum nouit. Tertia queſtio eſt. Cur de⁹ nō fe
cit hominē impeccabilē. Et r̄ndens dicit ꝙ
ideo. ꝙ melius eſſet vtrāqꝫ naturā eſſe. ſ. eā
que non peccare poſſet ſicut in ſanctis ange
lis ꝑ grām in gloria ꝯfirmatis. ⁊ eā q̄ pecca
re ⁊ nō peccare poſſet ſi vellet. qualis fuit in
hoībus ꝙ vnius modi ſolū. Quarta qđ eſt
Cur deus qui ſola ſua volūtate potuiſſꝫ eos
ſaluaſſe a ꝯſenſu non ſaluauit eos. Et reſpō
dens dicit. ꝙ voluit eos nature ſue relinq̄re
vt nec infructuoſe boni eēnt. nec īpune mali
Quinta queſtio eſt. Cur deus cū ſit omnipo
tens non cōuertit volūtates eoꝝ ad bonum
Et r̄ndet. ꝙ noluit cuius nolitionis cā vlte
rius non ē querenda. Secūda ꝓpō ē hec
Deus moꝛ hoīem creatū repleuit oī ſcientia
ꝑtinente ad ſuū ſtatum. Hanc ꝓpōem mgr̄
inſinuans dicit. ꝙ p̄mus homo non ꝑ inter

ualla ſine p ſucceſſionē tpis. ſed creat⁹ mox ſciam ſibi neceſſariā ⁊ competentē ſibi accepit. Unde triplici cognitōne pmus parens pditus fuit. Primo cognitōne rerū pꝑter ſe creataꝝ. quarū curam erat habiturus. unde ⁊ eis noīa impoſuiſſe legiť. ⁊ illam reruꝫ cognitionē p ſpēm non pdidit: ſed hanc peccato ꝑpetrato retinuit. Secundo dotat⁹ fuit primus homo cognitōne ſui creatoris. ſcꝫ dei non qdem enigmatica: ſed p quandā interiorē inſpiratōnem. nō tñ ita clare ſicut in patria. ⁊ illā p⁹ peccatū ñ retinuit. Tertio fuit illuſtratus cognitiōe ſuipſius ſicut enim qd debuit ſupiori. qd alijs. qd ſibi. ⁊ etiam poſt peccatū illā retinuit. Tertia ꝑpō eſt hec. Homo ante peccatū non pſciuit futurū euentū ſui ſtatus. Hanc mgr pbās querit. Utrū primus homo habuit ſciam eorū que circa ipm futura erant. i. ante pſciuerat qualia bōa habuiſſet ſi pſtetiſſet. vel etiā añ pſciuerit anteqꝫ lapſurus erat. Et rñdens dicit. ꝙ pmus homo accepat ſciam coꝝ que agenda ⁊ dimittēda fuerāt. al's peccatū fuiſſet ſibi iniuſte imputatū. ſed non fuit ſui caſus pſcius. cuius ſimile ſupdictū eſt de angel' corruentibus. qd cōfirmat autori. be. Aug. Et tantum in ſpeciali.

Diſt. xxiiij.

# Hnc diligenter

Iſta eſt diſt. xxiiij. huius ſcdi lib. In qua mgr poſtqꝫ egit de temptatione pmi homīs p quam cecidit: agit d potētia p quam ſtare potuit: cuiuſmodi ē liberū arbitriū. Et tria facit. Nam pmo oñdit ꝙ primis parētibus fuit datum ſufficiēſ adiutoriū ad ſtatus innocētie tentionē. Scđo ſubdit ꝙ illud adiutoriū fuit liberū arbitriū Inſinuās ad quā ipm ꝑtineat aīe portōem Tertio ſubiūgit. ꝙ nos peccātes ſequimur quodāmodo primoꝝ parentum teptatōem Primū facit a principio diſti. vſqꝫ ibi (Hic ꝯſiderandum eſt) Scđm vſqꝫ ibi (Illud qꝫ non eſt ꝑtereundū.) Tertium vo vſqꝫ ad fi. diſtinc. In ſpāli ſnīa magiſtri ſtat in tribus ꝑpōibus. Quaꝝ pma ē hec. Primus homo auxilio gratie a creatiōe ſibi indite potuiſſet abſqꝫ merito cuilibet temptationi reſtitiſſe. Hāc mgr probās dicit. ꝙ primus homo ex creatione habuit ſibi inditū recte voluntatis auxiliū. quo reſiſtere potuit malo licꝫ non ad meritū glorie. Et ratio ē. qꝛ ſi tale auxilium nō habuiſſet: peccatū no fuiſſet ſibi iuſte imputatū. Sed ꝯ obijciť dupl'r. Primo qredo quō tal' volūtas recta poſſit dici. qꝛ pm⁹ hō nec meruit nec ſtetit. Et rñdet ipam fuiſſe rectaꝫ p mali carētiā. ⁊ qꝛ p hoc eā ad tps ſtare voluit. Scđo qrit ſic. cū reſiſtē malo ſit meritoriū ſi potuit in pmo ſtatu reſiſtē malo. g mereri potuit. Et rñdꝫ. ꝙ reſiſtere malo i nā corrupta meritoriū bñ e. i q ē aliqd impellēſ ad maluꝫ. ſed nō fuit ſic in nā integ in q fuit auxiliū includēs rectitudinē oim potentiarū aīe: abſqꝫ quocūqꝫ impellēte ad malū. Secūda ꝑ. ē hec. Auxiliū quo hō i ſtatu innocētie potuiſſet vitaſſe pctm ē libeꝝ arbitriū ꝑtinēs ad ſupioris portōis rōem. Hāc ma. inſinuās qrit. qd ſit illd auxiliū quo hō potuiſſet i pmo ſtatu vitaſſe pctm. Et rñs dicit. ꝙ fuit libeꝝ arbitriū quod deſcribens dicit. ꝙ ſit facultas rōis ⁊ volūtat] q bonū eligiť cū gra ⁊ malū ſine gra: ⁊ dꝛ libeꝝ quo advolūtatē. ⁊ dꝛ arbitriū quo ad rōem. ad quam ſpectat potētia diſcernēdi. ⁊ dꝛ facltas volūtatis ⁊ rōis co ꝙ tā ad volūtatē qꝫ ad rōem ſpectat. Ex quo correlarie infert. ꝙ libeꝝ arbitriū ſit potētia rōalis naťe q pōt velle bonū vl' malū: vtrūqꝫ diſcernēdo. ⁊ p ꝯñs bruta aīalia eo carēt. ⁊ ſic tm̄ ſenſum ⁊ appetitū q ſenſualitas dꝛ hēant. Et ſbdit ꝙ ſenſualitas ⁊ rō ſūt due vires aīe abinuice differētes. Nā ſenſualitas reſpicit ſenſus corpis ⁊ appetit⁹ coꝝ. Rō vo ē qdā vis aīe ſupior excedēs oē illd qd hēmus cōe cū brut]. Cuiuſ qdē rōis duplex ē portio. Una inferior q diſponit tpalia. Alia ſupior q eternis bonis cōſpiciendis intēdit. Et hee due portōes non nominat duas eſſe potētias anime. ſꝫ diuerſa eē ⁊ officia vnius ⁊ eiuſdē potētie. Tertia ꝑpō ē hec. Tunc mortaliter vel venialiť peccamus: dū vel in opus vel in delectatiōꝫ culpe ꝯſenſum dam⁹. Hanc mgr inſinuans dic. ꝙ ad inſtar pmi hoīs pmi peccati aliqñ ꝯtingit nos peccare. Uñ ſicut in pmo pctō pmoꝝ paretū inueniebať ſerpēs] ſuadēſ mulieri ⁊ mulier ſuadēs viro. ita ⁊ in nobis ſenſualitas p modū ſerpētis ſuadet rōni ſupiori. nā rō ſupior ⁊ inferior hñt ſe ſicvir ⁊ ml'r. qꝛ ſicut mlier pmo ſeducta fuit a viro ſibi data i adiutoriū. ⁊ vnū cū ipo exiſtit i carne vna ita rō inferior a ſupiori deduciť ⁊ ei i adiutoriū vnū cū illa vna ment] nā exiſtēs. Et ſbdit

ꝙ motus ad peccandũ q̄ ſolũ eſt in ſenſualitate eſt pctm̃ veniale, ſed puemens ad rõem ſupiorẽ eſt pctm̃ mortale cõſiſtẽs aũt in rõe inferioris ſi nõ diu teneť etiã eſt veniale. Si vero in ea diu teneať mortale eſt. Et hec oĩa ꝓbat auctoritate bti Augu. Addens ꝙ rõ inferior etiã qñqꝫ ſumiť ꝑ ſenſualitate qđ dimittit diligẽti lectori perſcrutandũ igitur ⁊c̄ Et tantuꝫ in ſpeciali. Diſtin. xxv.

## Iam vero ad.

Iſta eſt diſtinctõ. xxv. hui⁹ ſecundi libri. In qua mgr̃ poſtꝙ egit de libero arbitrio ꝓut eſt in oĩbus in generali. Agit de eo ꝓut eſt in quibuſdã in ſpãli. Et tria facit. Primo eñ oñdit reſpectu quoꝝ ſit libeꝝ arbitriũ. ⁊ ꝙ aliter ſit in deo ⁊ aliter in hoĩe ⁊ aliter in angelo. Secũdo quõ differẽter ad bonũ vel maluꝫ ſe hẽat in viatoribus. Tertio qualiter ipſuꝫ nõ debilitatũ ſit ex peccato. Primũ facit a pncipio diſtinctõis vſqꝫ ibi (Hic queri põt) Secõm abinde vſqꝫ ibi. (Ex pdictis iaꝫ) Tertiũ vero vſqꝫ ad finẽ diſtinctõis. In ſpãli ſententia mgr̃i ſtat in trib⁹ ꝓpoſitõib⁹ quarũ pma eſt hec. Liberũ arbitriũ qđ ſolũ reſpectu futuroꝝ ꝯtingentiũ eſt in viatorib⁹ aliter in deo aliter in ãgelis ⁊ aliter in hoĩbus. Hanc mgr̃ ponẽs dicit ꝙ liberuꝫ arbitriũ philoſophi diffiniẽtes dixerunt hoc eſſe liberũ de volũtate iudiciũ eo ꝙ libere poſſet moueri ad hoc vel ad illud nõ auteꝫ attendiť libertas arbitrij reſpectu pñtiuꝫ aut pctõꝝ. qꝛ pñtia ⁊ pctã determiata ſunt, nec ſubiacẽt noſtre volũtatis facultati. ſed ſolum reſpectu futuroꝝ cõtingẽtiũ q̄ ſoluꝫ humane ſubſunt poteſtati. Et ſubdit ꝙ liberũ arbitrium diſſimiliter eſt in deo nobis ⁊ ãgelis beatis. Nã in deo eſt oĩno liberũ arbitriũ a ſeruitute peccati. In angelis beatis cõfirmatũ ꝑ gratiã. In nobis aũt eſt flexibile in bonũ vel in malũ. Unde ſcõm quadruplicẽ hoĩs ſtatuꝫ quadruplex aſſignať in hoĩe fuiſſe libertas in hoĩe qua potuit peccare ⁊ non peccare in ſtatu beatitudĩs ſeu patrie. erat in eo libertas qua nullo mõ poterit peccare. In iſto ſtatu vie poſt peccatũ ãte repatõem habuit eñ libertatẽ qua nõ potuit nõ peccare etiã mortaliter. In ſtatu vero poſt peccatũ ⁊ poſt reparationẽ ãte gloriã hꝫ libertatẽ qua nõ põt ñ peccare venialiter. Arguiť hõ poteſt peccare mortaliter poſt peccatum ⁊ poſt repationẽ ãte ſtatũ glĩe. ergo illud dictũ mgr̃i nõ videť vere eſſe aſſumẽduꝫ. ãtecedens ꝓbať. qꝛ ille põt peccare mortaliter q̄ hꝫ potentiaꝫ ad oppoſita exiſtentẽ. Sed hõ in illo ſtatu exiſtẽs hꝫ ad oppoſita potẽtiã inclinatã. ğ põt etiã mortaliť peccare. maior nõ eſt. Sed minor ptꝫ ex hᵒ ꝙ hõ hꝫ in illo ſtatu potẽtiã rõnaleꝫ. q̄ eſt ad oppoſita. Solutio ſatis manifeſta eſt. ⁊ patet. ergo dimittiť. Ex quo infert correlariũ ꝙ liberũ arbitriũ ꝑ peccatũ eſt vulneratum ⁊ expoliatũ. vulneratũ quo ad naturalia. expoliatũ quo ad gratuita que duo homo ſine gratia nõ põt repare ſicut aliquis qui ſeipſum occideret ille non poſſet ꝑ ſe ad vitam redire. qm̃ nõ ens non põt eſſe alicui⁹ reꝝ pducibilis pncipiũ. Sed ꝑ interfectõeꝫ occiſus factus eſt nõ ens ideo ꝑ ſe non põt ad vitam redire. licet tñ poſſibile ſit ꝑ virtutẽ diuinã. alias nõ eñ ſequereť ꝙ ideꝫ eſſet ſuipſius pncipiũ ꝓductiuũ qđ ꝯtradictionẽ implicat. Subdit etiam ꝙ ſit triplex libertas. Prima eſt a coactõne. et illa ſemꝑ fuit et manet in hoĩbus in oĩni ſtatu. Alia eſt libertas a miſeria ⁊ illaꝫ habuit liberũ arbitriũ in ſtatu innocẽtie. et habebit ipſam in ſtatu beatitudinis ⁊ glorie. Tertia eſt libertas a peccatis q̄ ſoluꝫ eſt in hoĩbus viatoribus q̄ ſcõm gratiã a peccatis liberanť. Unde infert ꝙ etiam ſicut ſeruus iuſticie eſt liber a peccatis. ſic ſeruus peccati eſt liber a iuſtitia nõ tñ ꝓpter hoc ſeruus peccati eſt liber dicendus. eo ꝙ libertas a iuſticia. ſcꝫ non ſit vera libertas cenſenda. Secunda ꝓpoſitio eſt hec. Quãuis homo ſolo libero arbitrio mediãte nõ poſſit ꝑfecte ꝑ ſe in bonũ. per ſe tamẽ ipſo ſolo mediãte põt in malum. Hãc mgr̃ ꝓbans querit Utrũ in hoĩe ad bonũ ⁊ ad malũ faciendum ſit libertas arbitrij. Ad qđ reſpõdens recitat duas opiniones ⁊ poſtea ſniam ſuã ꝓpriam Prima opinio dicit ꝙ ſola libertas arbitrij etiã nullo alio addito facit hoĩeꝫ libeꝝ ad bonũ vel ad malũ faciendum. Secũda dicit ꝙ nõ ſola libertas arbitrij efficiat ſed mediante aliquo alio addito ita ꝙ pꝛauitas ad peccandũ addito libero arbitrio moueat ipſum ad malũ. gratia vero ipſi appoſita moueat ipm̃ ad bonũ. Sed magiſter ponẽs ſniam ſuam dicit. ꝙ vtrũqꝫ ſit a libero arbitrio ſcꝫ ⁊ poſſe bonũ. et poſſe in malũ. ita ꝙ poſſe in malum habeat homo ex ſe poſſe aũt in bonũ mediante gratia. ſine qua nõ põt quis in bonuꝫ niſi valde debiliter. Et hoc cõfirmat magiſter autoritate beati Auguſtini. Tertia ꝓpoſitio

eſt hec. In hominibus liberū arbitriū eſt quo-
dāmodo per peccatū minutum. Hanc mgr ꝓ
bans dicit. ꝙ ex predictis patet, ꝙ liberū ar-
bitriū ſit in hoīe per peccatū minutū ſeu quo-
dāmodo in ſua libertate corruptū. qꝛ āte pec
catū homo potuit ſine difficultate moueri in
bonū. qđ poſt pctm̄ non pōt, lege mēbrorū
repugnante, eo ꝙ ꝑ pctm̄ recepit difficultatē
ad bonū ⁊ incitamētū. ſeu ꝓnitatem ad ma
lum. que āte peccatū nō habebat ⁊ libertas
nature. id eſt libertas a coactione. quā liber-
tatē nature vocat. eo ꝙ ꝑ naturā ineſt ⁊ eti-
am cuilibet nō ſufficit ad bonū ꝑficiendū. ſi
nō aſſit libertas grē. id eſt libertas a miſeria
⁊ a peccato. ita ꝙ ꝑ liberū arbitriū nullꝰ pōt
velle bonū niſi liberatus a ſeruitute peccati
neqꝫ ꝑficere bonū niſi adiutus gratia aſſiſtē
te. qđ ꝓbat per illud apoſtoli. Non eſt volen
tis neqꝫ currentis ſed dei miſerantis qui ope
ratur in nobis velle et ꝑficere. Et tantum in
ſpeciali. Diſtin. xxvi.

# Ec eſt grā ope.

b Iſta eſt diſtinctio. xxvi. huius ſe
cūdi libri. In qua magiſter poſt
ꝙ egit de tēptatōe ꝑ quam homo cecidit. et
de libero arbitrio ꝑ qđ ſtare potuit. Incipit
agere de gratia per quā ſtare debuit. Et tria
facit. Nam primo ponit quandā gratie diſti
ctōem. Secundo ſubdit ipſius gratie expreſ
ſionē. Tertio ſubiungit ꝑtium grē mutuā cō
paratōem. Primū facit vſqꝫ ibi (Itaqꝫ bona
voluntas) Scōm vſqꝫ ibi (Hic conſideran-
dū) Tertiū vſqꝫ ad finē diſtinctōis. In ſpā-
li ſentētia magiſtri ſtat in tribus ꝓpoſitōibꝰ
quarū prima eſt hec. Iuuat voluntas hūana
ad bonū ꝑficiendū. operāte ⁊ cooperāte gra
tia. Hanc magiſter inſinuans ponit duplicē
eſſe gratiā qua liberū arbitriū hoīs iuuat ad
bonum. quarū prima dicit operans preueni-
ens volūtatem bonā. ea enī liberatur et pre-
paratur voluntas hoīs vt ſit bona ⁊ vt bo-
nū efficaciter velit. Alia eſt gratia cooperās
q̄ ad voluntatē bonā ⁊ preparatam iam ſequi
tur adiuuando ne fruſtra bonum velit, ſed vt
bonum velit cū effectu quam ſententiā ma-
giſter ꝓbat autoritate beati Auguſtini. De-
inde recitat magiſter errorem cuiuſdam here
tici dicentis hominē poſſe velle bonū ope-
rari et libero arbitrio ſine grā. quem impro-
bat autoritate apoſtoli dicentis. Non eſt vo

lentis neqꝫ currentis ſed dei miſerātis. Sup
qđ beatus Augu. ait. Non enim ideo deus
alicuius miſeret. qꝛ voluit et currit. ſed ideo
quis vult et currit qꝛ deus ſui miſeretur. Et
ſubdit deſcriptōem voluntatis quā ponit be
atus Augu. dicēs. ꝙ volūtas eſt animi mo-
tus nullo cogente ad aliquid non admitten
dū vel adipiſcendū. Annectens ꝙ eandē gra
tiā quā ipſe ſupra diſtinxit in operātem ⁊ co
operante etiam vocamus precedentē et ſub-
ſequentē. Secūda propoſitio eſt hec. Gra
tia operās que eſt fides cum dilectōe bonam
voluntatē non tempe ſed natura et cauſali
ter precedens. ab ipſa voluntate non acq̄rit
aliquo merito. Hanc magiſter ꝓbans dicit.
ꝙ voluntas vt prefertur per gratiā ꝑuenien
tem ſeu operantem mota ad bonū. tūc digni
or eſt. id eſt ipſa voluntas digniorē dominā
id eſt gratiā nō preuenit ſed ſequi ipſam. q̄a
nullū meritū voluntatis precedit gratiā ſed
ipſam gratiam ordine cauſalitatis bene ſeq-
tur. que quidē gratia operās eſt fides cū di-
lectione. Qđ ꝓbat ꝑ beatū Auguſtinū. Et
quibꝰ verbis manifeſte exprimitur ꝙ ꝑ fidē
iuſtificamur. Et ꝑ conſequēs grā operās. id
eſt fides ꝑuenit volūtate ſeu meritū volūta-
tis. Contra qđ obijcit mgr duabꝰ autoritati
bus. Tertia ꝓpoſitō eſt hec. Gratia ope-
rās ⁊ cooperās vna exiſtēs eſſentialiter ſcđm
diuerſos eius effectus taliter dicitur. Hanc
enim propoſitōem magiſter ꝓbans querit.
Utrum gratia operans ⁊ cooperans ſint di
uerſe gratie ſeu vna grā diuerſis vocabulis
deſignata. Et reſpondens dicit. ꝙ ſit vna et
eadē gratia et idē donū. tm̄ propter diuerſos
effectus eſt diuerſis noībus vocata. Nam in
quantū liberat voluntatē a malo dicit ope-
rās. inquātū aūt adiuuat ad bonū vlterius
faciendum dicitur cooperans. Et tantum in
ſpeciali. Diſtin. xxvij.

# Ic videndum.

Iſta eſt diſtinctō. xxvij. huiꝰ ſecū-
di libri. In qua q̄dem diſtictōne
magiſter poſtꝙ egit de efficatia gratie liberi
arbitrij generaliter. Agit de efficatia virtu-
tis ſpecialiter. Et circa hoc tria facit. Nam ꝑ
mo tracta de virtute oſtendens qualiter re-
cte capiat. Scđo agit de grā oñdēs. ꝙ ſine
ipa nēo ꝓprie mereat. Tertō repellit quādā
ſentētiā que non recte circa virtutē opinatur

Primū quidē facit a pͥncipio diſtinctōis vſqȝ ibi (Cū ergo ex gra) Scōm abinde vſqȝ ibi (Alij vero qdē) Tertiū vero vſqȝ ad finē diſtinctōis. In ſpāli em̄ ſnīa mgrī ſtat in tribus ꝓpoſitōibus. quarū pͥma eſt hec. Uirtꝰ q̄ eſt bona mētis qualitas cēſenda nō eſt actus neqȝ motꝰ animi vera dicēda. Hanc em̄ ꝓpoſitōez mgr̄ ꝓbās dicit ꝙ quedā ſunt magna bona hoīm cuiuſmōi ſunt v̄tutes q̄bus nemo male vti pōt. Quedā aūt ſunt bona minima vt bona tꝑalia. quedā aūt media vt potētie aīe. ⁊ illis q̄dam minimis ⁊ medijs bonis tā bene ꝙ̄ male vti pn̄t hoīes. inter que media ſcōm be. Augu. eſt liberū arbitriū. cuius vſum bea. Augu. alicubi noīat opus virtutis: alicubi aūt virtutē. ⁊ ſic ſibiipſi cōtrarius videt̄. Quā cōtrarietatē mgr̄ ſoluēs adducit rōem quandā quapꝓpter ipam v̄tutē non eſſe actū ſed magis qualitatē ꝓbat. ſic arguens. Cauſa v̄tutis in nobis deus eſt. ⁊ nos ipſi ſumus cuiuſlibet actus noſtri. ⁊ ꝑ conſequēs vſūs liberi arbitrij qui eſt actus noſter nō eſt v̄tus. ⁊ gr̄a cū ſit virtꝰ vl̓ v̄tuti ſimilis etiā nō eſt actus noſter. Iſtius argumēti magiſter minorez ſupponit. maiorē aūt multiplr̄ ꝓbat. ſ. ꝙ cā virtutis in nobis ſit deus. ⁊ ꝙ virtus ſit bona q̄litas mentis qua nullꝰ male vtit̄. pͥmo in cōi ꝑ virtutis diffinitōez quaȝ be. Augu. ponit dicēs ꝙ deus in nobis ſine nobis opatur virtutē. que eſt bona mētis q̄litas qua recte viuit̄ ⁊ qua nullus male vtit̄. Secūdo ꝓbat eā in ſpāli de v̄tute iuſticie de qua beatꝰ Augu. ait. ꝙ nullus eā in hoīe efficit niſi deus. Tertio ꝓbat eā ſpāliter de fide quā ſcōm apl̓m ſolus deus infundit. Et ſubdit ꝙ oīs motus ⁊ effectus mētis ex libero arbitrio eſt. ſȝ bonꝰ q̄dē ē ex gr̄a ⁊ libero arbitrio ſil̓: motꝰ aūt ⁊ effectꝰ malꝰ ex libero arbitrio. qᵒd ꝓbat auctoritate be. Augu. Ex quo vna cū pͥdictis infert. ꝙ virtꝰ nō ē motꝰ vl̓ affectus animi. ſȝ qualitas aīam informās qᵒd de gr̄a q̄ etiā virtꝰ dici pōt aſſerit fore cēſenduȝ. Scōa ꝓpoſitō eſt hec. Quāuis abſqȝ libero arbitrio mereri nō poſſimꝰ gr̄a tn̄ pͥncipale merēdi eſt pͥncipiuȝ. Hāc mgr̄ ponens ſnīal̓r dicit. ꝙ q̄uis nullū merituȝ ſit in hoīe ꝙ nō ſit ꝑ libeꝝ arbitriū. pͥncipalis tn̄ cā merendi eſt ipſa gr̄a gratū faciens ſed nō gratis data q̄ eſt donū dei. qua ſanat̄ ⁊ iuuat̄ hoīs volūtas. vt ſit bona ⁊ ꝓducat bonas opationes. et ſic ex gr̄a ⁊ libero arbitrio qᵒd eſt aīe potētia ꝓcedit pͥmꝰ bonꝰ motꝰ mētis. cui correſ̄ndet pͥmuȝ meritū hoīs. Un̄ ſubdit ꝙ gr̄a eſt qua v̄tutes mereri dicūtur inquantū ꝑ actus ipā meret̄. Et infert ꝙ ex actibꝰ v̄tutum boni ſumꝰ ⁊ iuſte viuimꝰ. ⁊ ꝙ beatꝰ Augꝰ. in pͥncipio hꝰ diſtictōis dicit vſuȝ liberi arbitrij virtutē eſſe. ibi ſumpſit v̄tutē ꝑ actu v̄tutis. q̄ȝ alias ſibiipſi ꝯtradiceret. Tertia ꝓpoſitio eſt hec. Fides ⁊ caritas nō ſunt motꝰ ſeu affectꝰ mētis. ſȝ v̄tutes mētez mouētes. Hāc mgr̄ ꝓbans recitat quandā opinionē quoꝝdā introductā ex verbis Augu. q̄bus vt ſupͣ dictū eſt in pͥma ꝓpōne videt̄ dicere Augꝰ. ꝙ vſus liberi arbitrij ſit v̄tus ⁊ vſus v̄tutis. ⁊ dicit quoſdā opinatos fuiſſe ꝙ v̄tutes eſſent ꝓprie actus potētiaꝝ naturaliū. nō tn̄ oēs ſed tn̄modo interiores in mēte. quas licet deꝰ faceret nihilominꝰ liberi arbitrij dicerent̄ eē. Sed actus exteriores puta q̄ ꝑ corpus gerunt̄. dixerūt eē ꝓprie actꝰ v̄tutū. ⁊ nō v̄tutes. vnde dixerūt ꝙ dictū beati Auguſtini. quo dixit vſum liberi arbitrij eſſe virtutē intelligi deberet de motu ſiue de actu interiori. que ipſi virtutē dicebant. Quod confirmabant per hoc ꝙ idez beatus Auguſti. dicit ſupra Iohanne. ꝙ fides eſt credere qᵒd nō vides. Cū ergo credere ſit motus mētis interior. videt̄ ꝙ virtus fidei ſit interior mentis motus. Et ſimiliter dicebāt de alijs virtutibus fore iudicandū. Sed mgr̄ illā opinionē remouens dicit beati Augu. autoritates innuentes ꝙ fides ⁊ caritas ſint motus aīe ſeu mentis nō eſſe ſic intelligendas. vt ſonāt ſed cum dicit ꝙ fides ſit credere qᵒd non vides. hoc eſt ac ſi diceret. Fides eſt virtus mouens ad credēduȝ qᵒd nō vides. et ſic de ſingul̓ v̄tutibꝰ cōformiter ē. ⁊ tn̄ i. Di. xxviij.

## D vero incon.

a Iſta ē diſt. xxviij. hꝰ ſecūdi li. In qua mgr̄ oñſa efficiētia gr̄e in libero arbitrio. Hic agit de ſufficiētia liberi arbitrij ſine gr̄a. ⁊ tria facit. Nā pͥmo exprimit pelagianoꝝ errorē. Scōo ſubdit coꝝ obiectōes. ⁊ obiectōnū ſolutōes. Tertio ſubiungit veritatis affirmatōem. Primū facit vſqȝ ibi (ꝙ aūt dicūt) Scōm vſqȝ ibi (Illud vo diligēter) Tertiū vero vſqȝ ad finē diſtinctōnis. Et tantū in generali. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus propoſitōnibus. quarum prima eſt hec. Et ſi liberū arbitriuȝ

vſqꝫ ibi (Oñt̃ aũt) Scđꝫ vſqꝫ ibi. (Hic no-
tãdũ) Tertiũ vſqꝫ ad fi. di. Jn. ſ. ſ. m. ſt. i. t. p.
q. p. c. hec. De dilectiõe corpis ⁊ aĩe ꝓximi ſt
diſtricte data duo ſpãlia mãdata. Hãc magr̃
ponẽs q̃rit. Utrũ in mãdato dilectõnis ꝓxi
totũ ꝓximũ .i. aĩaꝫ ⁊ corp⁹ ipi⁹ diligere ꝑcipi
amur. Et r̃ndet ꝙ ſic. qꝛ in ꝑdict̃ duob⁹ mã-
dat̃. ſ. dilectõis dei ⁊ ꝓximi oẽ gen⁹ rex dili
gẽdaꝝ ꝯtietur. Nã ex caritate q̃ttuoꝛ ſũt dili
gẽda ſcđꝫ. b. Aug. ſ. de⁹. ꝓxim⁹. aĩa. ⁊ corp⁹.
Sꝫ de dilectõe aĩe ⁊ corpis ñ oportebat ali-
qua ꝑcepta dari: ſicꝫ de dilectõe dei ⁊ proximi
eo ꝙ cuilibet hoĩꝫ dilectio ſuipſi⁹ ⁊ etiaꝫ aĩe
⁊ corpis ſit naturalr̃ inſerta. Nec obſtat ꝙ
martyres ſe morti exponẽdo videtur carneꝫ
ſuã odiſſe. qꝛ ñ oderũt ſe vl' carnẽ ſuã ſꝫ corpo
ris põd⁹ ⁊ vitia. Secũda ꝓpõ ẽ hec. Pre-
ceptũ dilectõis proxioꝝ etiã extẽdit ſe ad di
lectionẽ ãgeloꝝ. Hãc m. po. q̃rit. Utrũ etiaꝫ
dilectio ãgeloꝝ ſub dilectõe proximi ꝯtieat̃.
Pro. cui⁹ r̃nſiõe ꝑmittit. ꝙ ꝑ nomẽ proxi q̃-
libet hõ itelligitur. cui adhibendũ ẽ op⁹ mie
ſi ĩdiget. ſicꝫ patꝫ ĩ pabola ſemiuiui ꝑ ſamari-
tanũ ĩ ſtabulũ adducti. Nomẽ etiaꝫ proxi ad
aliqđ ẽ. qꝛ null⁹ põt eẽ proxim⁹ niſi proxio-
ita ꝙ proxim⁹ xp̃i ẽ proxim⁹. Un̄ ſeq̃tur. ꝙ
nõ ſolũ ille cui ꝑbẽdũ ẽ op⁹ mĩe ſꝫ etiã ille a
quo bñficiũ aliqđ recipitur proxim⁹ dicatur
Cũ igitur mlta mie bñficia nob ĩpẽdãt: ſeq̃-
tur ipos nr̃os fore proxios. ⁊ ꝑ ꝯñs coꝝ dile
ctionẽ ꝯtieri ſub mãdato dilectõis dei ⁊ pro
ximi. Et ſubdit pro excluſiõe cuiuſdã dubita
tõnis. ꝙ ꝗuis proxim⁹ dicatur a quo mune
bñficiũ recepim⁹. dilectio tñ dei a quo omnia
hẽm⁹ ſub mãdato dilectõis proxi ñ ꝯtietur
ſꝫ ſpãle ꝑceptũ hꝫ: eo ꝙ debem⁹ deuꝫ pl⁹ ꝙ̃
noſmetipſos diligere: ꝓximũ ãt ſic nos. At-
tñ dilectio xp̃i inq̃tũ hõ ſb mãdato dilectio-
nis proximi ẽ ſeu ꝯtietur. quẽ lꝫ debeamus
pl⁹ ꝙ̃ nos diligere: min⁹ tñ ꝙ̃ deũ. qꝛ inq̃tũ
hõ mioꝛ ẽ deo. Tertia ꝓpõ ẽ hec. Proxi⁹
dr̃ q̃ttuoꝛ mõis. ſ. natiuitat̃ ꝯditõe. ꝯuerſiõis
ſpe. bñficij exhibitõe. ⁊ propinq̃tate ꝯgnatõ
nis. Hãc magr̃ ponẽs dic. ꝙ q̃ttuoꝛ modis
aliq̃ pñt dici proxi. Uno mõ rõe pme natiuita
tis: ⁊ ſic oẽs hoies ſũt proxi. Alio mõ ſpe cõ
uerſatõis: ſic oẽs fideles q̃ ſũt vl' q̃ futuri ſt.
Tertio mõ propinq̃tate ꝯgnatiõis. ſic ꝯtes
⁊ ꝯſanguiei. Quarto mõ rõe bñficij exhibiti
Et ſic angeli ſunt proximi noſtri. Et tantũ
in ſpeciali. Di. xxix.

## Oſt pdicta de:

Jſta eſt di. xxix. h⁹. iij. li. Jn q. m.
Poſtꝙ egit de nũero diligẽdoꝝ
Jncipit agere đ ordie diligẽdi reſpectu ipoꝝ
diligẽdoꝝ. Et tria facit. Primo eniꝫ põit or-
dinẽ diligẽdi explicate diligẽdoꝝ gñalr̃. Se-

cūdo explicite quorūdā diligēdoꝝ ſpālit̄. Ter
tio explicate dilectōis. Primū vſꝫ ibi (Solet
etiā q̄ri) Scdꝫ vſqꝫ ibi (Scdū q̄ꝫ ē) Tertiū
vſqꝫ ad fi. di. In.ſ.ſ.m.ſt.i.t.p.q.p̄. eſt hec.
In caritatiſ ordie n̄ oēs eq̄li affectu ſic nec ef-
fcu ſ̄t diligēdi. Nā.m.iſi.d. ꝙ ordo dilectōis
i hoc ꝯſiſtit. vt qḋ ē diligēdū diligat̄. qḋ non
ē diligēdū n̄ diligat̄. qḋ āpli⁹ diligēdū āpli⁹
diligat̄. ꝛ qḋ eq̄ ē diligēdū eq̄ ꝛ n̄ mīn⁹ nec ā
pli⁹ diligat̄. Vn̄ p̄io ſup oīa de⁹ diligēd⁹ ē.
deinde aīa ꝓpa. deīn ꝓxim⁹. ꝛ vltio corp⁹ ꝓ
p̄riū. Iſtiſ p̄miſſis q̄rit circa dilectōēꝫ p̄ioꝝ
Utrū teneamur oēs hoīes diligere eq̄lit̄. et
vtrū ꝗtū nos vl' mīn⁹ nob. Ad que r̄n̄dēdo
recitat tres opiones. q̄ꝝ p̄ria d̄t. ꝙ oēs ſunt
eq̄lr̄ diligēdi i affcu: n̄ tamē exhibitiōe obſe-
quij: ſꝫ his q̄ ſ̄t nob ꝯiūcti magiſ tenemur ſer
uitia exhibere. n̄ obſtāte ꝙ oib⁹ debeam⁹ bo
nū velle. Auctēs āt q̄ videt̄ dicer̄ ꝙ hoīes ſ̄t
ineq̄lit̄ diligēdi. tenētes iſtā opionē gloſant
eas: dicēdo eas loq̄ de ordie dilectōnis ꝗtū
ad exhibitionē opis ꝛ bn̄ficioꝝ extioꝝ q̄ oi-
b⁹ n̄ eq̄lr̄ ſūt ip̄edēda. ꝛ n̄ ꝗtū ad affcū ite-
riorē ſcdꝫ ꝙ oēs eq̄lr̄ ſūt diligēdi. Secunda
opinio dicit. ꝙ omnes homīes ſeu oēs proxi
mi ſunt non ſolum quo ad affectū ſꝫ etiam
quo ad effectū eq̄lr̄ diligēdi. q̄ opio ꝓbatur
dictiſ. b. Aug. q̄b⁹ illḋ aſtrui videtur. Tertia
opio quā magr̄ magiſ approbat d̄t oēs p̄xi-
mos nec eq̄lr̄ affcū eē diligēdos nec effectu.
Nā ex quo ordo q̄bꝫdā hn̄d⁹ i dilectōe p̄xi
moꝝ ꝛ i affcū ꝛ i effcū oꝫ eē in eq̄litatē explici
te vtriuſqꝫ. eo ꝙ ſine i eq̄litate n̄ poſſit eē or
do. Autoritates. b. Au. q̄ videt̄ dicere ꝙ oēs
debeam⁹ eq̄lr̄ diligere ꝛ ſic noſmetipſos. Ta
les autoritates dicī eē itelligēdas: vt eq̄litas
d̄ qua loq̄tur n̄ referatur ad affcū vel effcū
ſꝫ tm̄ ad bonū qḋ eis optam⁹. q2 ad tātū bo
nū debem⁹ oēs diligere ſic ꝛ nos. n̄ tn̄ eq̄li af
fectu. Secūda ꝓpō ē hec. Mali pn̄tes vl'
propinq̄ pl⁹ ꝙ boī extranei i hac vita ſūt di
ligēdi. ꝗuis propt̄ vitia eoꝝ a iuſtiſ ſūt odiē-
di. Hāc magr̄ inſinuās mouet duas queſtio
nes. Quarū vna occaſionaliter ſumitur ex h⁹
ꝙ aliqui ſunt nobis carne propinqui qui tn̄
ſunt mali. Alij vero ſūt boni ꝛ ſunt extranei
nobis. Dubitatur igitur: vtrū propinq̄ mali
ſunt magis diligēdi ꝙ boni extranei. Et re-
ſpōdet. ꝙ extranei boni ſunt magiſ diligēdi
quia corde ſunt nobis iūcti per vinculū cari-
tatis, propinqui aūt mali nō caritate ſꝫ car-
ne tm̄ ſ̄t nob iūcti. ſꝫ q2 meliores ꝛ religioſ o
res ſunt copula tam aīaꝝ ꝙ corpoꝝ. ſeq̄tur
propoſitū. ſcilꝫ ꝙ extranei boni ſunt magis
diligēdi ꝙ propinqui mali. Secūda dubita
tio eſt. quare dn̄s precepit diligere inimicos
ꝛ alibi p̄cipit odire parētes cū iſta videātur
ſibi contraria. Ad quod reſpōdet: ꝙ natura
in omnib⁹ diligēda eſt. Unde etiaꝫ homīes
ſi mali ſunt diligēdi ſunt: vt conuertātur ad
bonū. ſed econtra. vitiū eſt in omnib⁹ odien-
dū ꝛ etiam in parētibus ꝛ propinquis. Un-
de dn̄s precepit naturam diligendam in ini
mico: vitiū vero odiendū in parētib⁹. ꝛ p ꝯ-
ſequēs ibi nulla eſt cōtradictio. Tertia ꝓ-
poſitio. Ex dictis beati Augu. elicitur euidē
ter ſatis quattuor fore grad⁹ ipſi⁹ caritatis.
Hāc magiſter inſinuās pōit ordinē dilectio
nis ſcdꝫ diuerſos gradus caritatis, quos diſ
tinguēs dicit eſſe caritatē incipientē. profi-
cientē, perfectā ꝛ pfectiſſimā. qḋ declarat p
autoritates bti Augu. que patent in textu.
Et tm̄ in ſpeciali. Di. xxx.

# Ic ſolet queri:

Iſta ē di. xxx. h⁹. iij. libri In qua
m. Poſtꝙ egit de ordie caritatis
ſcdm quātitatē mot⁹. Agit de ea ſcdm quan
titatē meriti. Et tria facit. Nā p̄io circa pro-
poſitū mouet quādā dubitationē. Scdo re-
plicat cōtra ipſi⁹ determiatōnem. Tertio re-
mouet quādā icidētē dubitatōēꝫ. Primū vſꝫ
ibi (Auguſtin⁹ tn̄ ſētire) Scdꝫ vſqꝫ ibi (Illḋ
vo qḋ ſeq̄tur.) Tertiū vſqꝫ ad finē di. In.ſ.
ſ.m.ſt.i.t.p.q.p̄. eſt. Magis meritoria eſt
dilectio q̄ amic⁹ diligit̄. ꝙ qua inimic⁹ dilig
tur. Iſtā magr̄ intēdēs q̄rit. Utrū. ſ. diligere
amicū ſit maioris meriti ꝙ diligere inimicū.
Et ſoluēdo q̄onē d̄t ꝙ ſi fiat cōpatio dilectō
nis amici p ſe ex vna pte ad dilectionē amici
ꝛ inimici ſil' ex alia pte: tc̄ plana ē q̄onis ſolo
cū n̄ ſit dubiū qui diligere amicū ꝛ inimicū ſil'
ſit maioris meriti: ꝙ diligere amicū tm̄. Sꝫ
ſi fiat ꝯpatio dilectōis amici ex vna pte ad di
lectione inimici ex alia pte: tūc euidētia r̄ſiō
nis ad q̄onē ē magiſ obſcura. q2 n̄ pōt facilit̄
videri an ſit idē mot⁹ dilectōis q̄ diligit̄ ami
c⁹ ꝛ inimic⁹: vel ſit ali⁹ ꝛ ali⁹. Sꝫ ſiue ſit vnuſ
ſiue duo n̄ videt̄ icōuenieter poſſe dici ꝙ dile
ctio amici ſit magiſ meritoria: eo ꝙ ſit maio-
ris feruoriſ. Tertia ꝓpō ē hec. Auguſtin⁹
videt̄ dicere ſcdꝫ quorūdā opinionē dilectio

nem qua inimicꝰ diligitur ꝙ̄ qua amicꝰ me-
liorē. Hāc magiſter pōit obijciēdo autori. b.
Augu. cōtra p̄dcā īmediate qua videtur aſ-
ſerere ꝙ diligere inimicū ſit magꝭ meritoriuꝫ
ꝙ̄ diligere amicū. quā dicit eſſe intelligēdaꝫ
ſcđm primā ptē diſti. p̄miſſe. ꝙ. ſ. be. Aug.
loquitur ſcđꝫ cōpatione dilectōnis amici ⁊
inimici ſimul ſumptꝭ ad dilectiōeꝫ amici ꝑ ſe
p̄ciſe acceptā. Tertia ꝓpō eſt hec. A magi
ſtro nō negatur ꝙ alicui ſine ꝑfecta dilectōe
inimicoꝝ pctm̄ dimittatur. Iſtam magr̄ po
nēs mouet quoddā dubiū ex verbis b. Aug.
q̄ dicit. ꝙ diligere inimicos nō implet i tā-
ta multitudie ꝙ̄ta in orōne dn̄ica exauditur
Ex quo videtur ꝙ alicui nō diligēti inimicū
dimittatur pctm̄ a deo ⁊ vlteriꝰ cū pctā nō
dimittāt̄ alicui adulto niſi caritatē hēat: ſeqr̄
ꝙ aliq̄s n̄ diligēs inimicū hēat caritatē. qđ
n̄ videt̄ eſſe verū. qꝛ cū p̄cipitur dilectio chri
ſti intelligitur nomie ꝓximi. oīs hō ſiue ami
cus ſiue inimicꝰ. Ad iſtud dubiū magr̄ rn̄dē
do dicit quorūdā opinionē fore aliquos hē
re caritatem: ⁊ tn̄ nō diligere inimicos. dicūt
enī p̄ceptū de dilectōe inimicoꝝ ſolū ꝑfectio
nis eē p̄ceptū. Imꝑfectꝭ aūt ſeu minoribꝰ tm̄
eē ꝯſiliū: ita ꝙ nihil plꝰ ſit eis p̄ceptuꝫ niſi n̄
odire inimicos: ſꝫ iſta opinio ⁊ ſolutio magi
ſtro n̄ placet. ideo alit̄ rn̄dēdo dic̄ ꝙ p̄ceptū
illđ de dilectōe inimicoꝝ ſit datū oībꝰ quaſi
p̄ceptū ad be. Aug. d. ꝙ diligere inimicos ſit
ꝑfectoꝝ. Rn̄dēdo dic̄ ipꝫ velle dicer̄ ꝙ dilige
re inimicos caritate ꝑfecta ſit tm̄ ꝑfectoꝝ. ꝑ
hoc tn̄ nō excluditur quin alij nōdum ꝑfecti
inimicos diligere teneātur. Similiter intelli
gēdū eſt dictū ſuū. ꝙ ſcꝫ in orōne dn̄ica aliq̄
exaudiūtur qui nō diligūt inimicos. i. q̄ non
diligūt eos caritate ꝑfecta. Et tm̄ de ſentētia
huiꝰ diſtinctionis in ſpeciali. Di. xxxi.

## Illud quoqꝫ.

Iſta eſt di. xxxi huiꝰ. iij. li. In qua
magiſter Poſtꝙ̄ egit de ordie ca-
ritatis: Agit de ipſiꝰ duratione. Et tria facit
Nā primo īueſtigat de ꝑmanētia caritatis in
ſtatu viatoris. Scđo facit idē quo ad ſtatuꝫ
cōprehēſoꝝ. Tertio an p̄dictꝰ ordo caritatꝭ fu
it in xp̄i aīa ſaluatoris. Primū vſqꝫ ibi (Ad-
uertēdū tn̄ eſt) Scđm vſqꝫ ibi (Nūciā) Ter
tiū vſqꝫ ad finē diſti. In ſpāli ſentētia magi
ſtri ſtat in tribꝰ ꝓpōibꝰ. quaꝝ prima eſt. Cari
tas que amitti pōt in via fide ⁊ ſpe euacuatꝭ
manet in patria. Hāc magr̄ p̄tēdēs ꝓponit
quoſdā dicere. ꝙ caritas ſemel hīta n̄ poſſit
amitti: ⁊ ꝙ nullꝰ dānādꝰ poſſit caritatē hēre
Ad probatōeꝫ allegat illud apl̄i. Caritas nū
ꝙ̄ excidit. ⁊ alias plures autoritates ſctoꝝ q̄
patēt in textu. Sed hāc opinionem magr̄ re
ꝓbat ꝑ hoc ꝙ quidaꝫ ad tēpꝰ ſunt boni q̄ pꝰ
ea efficiūtur mali: ⁊ econuerſo. ſicut patet ꝑ
autoritatē euāgelij de quibuſdā: quoꝝ noīa
deus dixit eſſe ſcripta in libro vite: q̄ tamen
poſtea abierūt retrorſuꝫ. Et dicebātur ſcripti
in libro vite: ſꝫ nō ſcđꝫ p̄ſciaꝫ dei: ſꝫ ſolū ſcđꝫ
p̄ntē iuſtitiā ſeu gratiā. quam tūc hēbāt. Et
hoc cōfirmat autoritate bti Ambro. Poſtea
ſoluit diuerſas autoritates quas alij ꝓ ſe al-
legāt. ⁊ dicit eas fore intelligēdas de ꝑfecta
caritate que ſemel hīta amitti nō pōt. ⁊ n̄ de
caritate incipiēte ⁊ ꝓficiēte. Ad autoritatem
apl̄i dicit ipſaꝫ debere intelligi ſcđm finaleꝫ
effectū caritatꝭ. Secūda ꝓpō eſt hec. Im-
ꝑfectio caritatis in via tolletur a btīs in pa
tria. Hāc magiſter ponēs querit. Cū fides et
ſpes euacuentur in patria: eo ꝙ ſint explicite
quare etiā caritas nō dꝫ excidere: cū etiā ipa
ſit explicite. i. imꝑfecta. ſ. hic in via. Et rn̄det
ꝙ caritas nunꝙ̄ inq̄tū eſt explicite ⁊ ipfecta
euacuabitur in patria. qꝛ tūc oīs imꝑfectio
tolletur ab ea: ⁊ ipſa manebit q̄tū ad hītuꝫ
⁊ q̄tū ad actū. Fides aūt ⁊ ſpes tollūtur taꝫ
ſcđm hītū ꝙ̄ ſcđm actū. ſed ſciētia dꝫ euacua
ri ⁊ deſtrui in patria. qꝛ lꝫ maneat ſcđm eēn
tiā: deſtruitur tn̄ ſcđm actū ⁊ modū quē nūc
hꝫ. ſ. diſcurſum rōnis. Tertia ꝓpō eſt hec.
Chriſtꝰ ſcđꝫ ꝙ hō degēs in via ordieꝫ carita
tis talē ſeruauit q̄lē hn̄t bti in patria. Hanc
magr̄ ponēs q̄rit. Utrū xp̄s ſcđm ꝙ hō ſer-
uauerit ſupradictū ordinē caritatis. Et argu
it ꝙ nō. qꝛ dato ꝙ ſic: tūc oēs hoīes ſic ſeipſꝫ
dilexiſſet: ⁊ ſic oēs ſaluos fieri voluiſſet. Cuꝫ
igitur non oēs ſalui facti ſunt: videtur ſeq̄ ꝙ
xp̄s aliq̄d optauit qđ tn̄ factū nō eſt. qđ vide
tur incōueniēs. Un̄ pꝫ ꝙ n̄ ſeruauerit ſupra
dictū ordinē caritatꝭ. Et rn̄det magr̄. ꝙ xp̄s
ſcđꝫ ꝙ hō ſeruauit ſemꝑ ordinē caritatꝭ qui
ſeruatur in patria: ⁊ nō illū qui ſeruat̄ in via.
Un̄ cōfirmat ſolutōeꝫ argumēti. Nā bti i pa
tria ita ſūt volūtati diuie cōformes: ꝙ nihil
eis placet niſi qđ dō placꝫ. ⁊ ꝑ ꝯn̄s illos tm̄
diligūt ſicut ſeipſos quos vult deꝰ effectiue
ſaluos fieri. Ex quo liquet ꝙ chriſtꝰ tm̄ ele-
ctos ſicut ſe dilexit ⁊ ſaltē eos optauit: exhi-

bendo eis plura quib⁹ diuinā volūtatē adnertere poſſent. Et hec in ſpāli. Di. xxxij.

## Remiſſis ad di.

Iſta eſt di. xxxij. h⁹. iij. li. In qua magiſter Poſtq̄ egit de dilectōe creata qua deum diligimus Agit d̄ dilectioe increata q̄ a deo diligimur. Et tria facit. Nā p̄rio agit de dilectōe cōiter reſpectu creaturarū oim. Scdo de dilectōe dei ſpāliter reſpcū hoiz. Tertio adhuc ſpeciali⁹ reſpcū reprobo rū. Primū facit vſq̄ ibi (Cōſideratur enim) Scdm vſq̄ ibi (De reprobis vo) Tertium vſq̄ ad fi. di. In ſpāli ſnīa magrī ſtat in tripro. quarū prīa ē hec. Magr̄ dicit q̄ ſit eadē dilectio qua nos deū diligim⁹: ꝛ qua ipē nos diligit. Hāc magr̄ inſinuās dicit. q̄ eadē ſit dilectio qua pater ꝛ fili⁹ ꝛ. ſſ. ſe diligūt ꝛ nos ꝛ eſt diuā eēntia. E q̄ eadē ſit dilectio q̄ nos diligim⁹ deū: vt in p̄rio libro dictū fuit: in q̄ opione magrī n̄ tenetur. Et ſubdit. Quāuis dilectio dei ſit inmutabil ꝛ eterna: aliū tn̄ magis ꝛ aliū min⁹ diligit. Et diligit oēs creaturas. ꝛ inter oēs magis diligit creaturas rōnales. Et inter creaturas rōnales āpli⁹ diligit illos q̄ ſūnt vnigeniti ſui mēbra. ꝛ multo magis diligit ipm̄ vnigenitū. i. xp̄m ſcdz q̄ hō. Iſta aūt inequalitas dilectōis n̄ dic aliquā mutationē in dilectōe dei: qua de⁹ nō aliter dr̄ inequalit̄ diligere niſi qꝛ ad bona inequalia eos diligit. Secūda ppō eſt hec. Dilectio dei nō ſuſcipit mag ꝛ min⁹ ſcdm eſſentiā: ſꝫ tn̄ ſcdm diſtributoēz ꝛ efficiētiā. Hāc magr̄ inſinuās ſupponit dilectionē dei qua nos diligit ſcdz ſe nō ſuſcipere mag ꝛ min⁹ Qd declarās dicit dilectionē dei qua nos diligit poſſe dupl̄r conſiderari. Uno mō ſcdm eēntiā ipſi⁹ dilectōis. ꝛ ſic cōſiderata n̄ ſuſcipit magis nec min⁹. qꝛ vt ſic eſt ipē. ſſ. Alio mō ſcdm efficiētiā: ꝛ ſic ſuſcipit magis ꝛ min⁹: ita vt magis dilecti dicātur: quib⁹ mai⁹ bonū ex dilectōe dei ab eterno ꝑpauit. ꝛ i tēpore preparauit. ꝛ in tpe tribuit. Uñ ſumēs occaſionē querit. Utrum vn⁹ ꝛ idē hō pōt a deo magis diligi vno tēpe q̄ alio. Et r̄ndet q̄ loquēdo de ei⁹ dilectōe eēntiali nō poteſt ſꝫ loquēdo de ei⁹ dilectōe effectuali bn̄ pōt.

Tertia ppō ē hec. Simpliciter loquendo deus non dilexit reprobos ab eterno. Hanc magr̄ inſinuās querit. Utrum de⁹ dilexit reprobos ab et̄no: hoc eſt illos q̄ nō ad vitam ſed ad mortē ſunt ꝑpati. Et r̄ndet: q̄ ſicut d̄ electis ſimplicit̄ eſt cōcedēdūz q̄ de⁹ ab eterno eos dilexit ſic de reprob ſimplicit̄ ē concedēdū q̄ de⁹ ab et̄no eos odio hūit ꝛ reprobauit. ꝛ n̄ ſiplicit̄ ꝯcedēdū q̄ eos ab et̄no dilexit vt eſtimēt fore ꝑdeſtinati. licꝫ cuꝫ determinatiōe poſſꝫ ꝯcedi q̄ ab et̄nō eos dilexit ſ. cū hac detminatiōe iq̄tū futuri erāt op⁹ ei⁹ Et tn̄ i ſpāli. D. xxxiij.

## Oſt p̄dicta de.

Iſta eſt di. xxxiij. h⁹. iij. li. In qua magr̄ Poſtq̄ egit d̄ virtutib⁹ theologicis. Agit de virtutibus cardinalibus Et tria facit Nā primo earū quiditatē inqrit: ꝛ quare cardiales nūcupētur. Scdo an xp̄s eas hūerit ſicut hic in via hn̄tur. Tertio an in patria maneāt vel euacuētur. Primū vſq̄ ibi (Que in xp̄o pleniſſime) Scdz vſq̄ ibi. (Uerūtn̄ an hec) Tertiū vſq̄ ad fi. diſti. In ſpāli ſnīa magrī ſtat in cōcluſiōe. Quattuor ſunt ꝟtutes cardinales quas hūit xp̄s ꝛ hēbūt in patria oēs imortales. Hāc magr̄ inſinuās dicit quattuor eſſe ꝟtutes cardiales q̄s enūerat ꝛ pōit eaꝝ deſcriptōes ſcdz. b. Au. q̄ patet in lr̄a: vbi dic. Juſtitia eſt ꝟtus in ſubueniēdo miſeris. Prudētia in p̄cauēdis inſidijs. Fortitudo in ꝑferēdis moleſtijs Tēpātia in cohercēdis prauis delectatōib⁹. Pꝛca dicit. q̄ iō dicūtur cardiales. qꝛ per ipſas deo viuimur ꝛ ad vitā eternā ꝑuenim⁹. Poſtca dicit q̄ ille ꝟtutes fuerūt in xp̄o ꝛ hūerūt eoſdē act⁹ ꝛ vſus quos in patria hēbt̄ ꝛ etiā quoſdā quos hn̄t in via. Ultimo q̄rit. Utrū ille ꝟtutes euacuētur in patria. Et r̄ndet primo ſcdm quoſdā. q̄ tres iſtaꝝ nō remanebt̄ in patria: ſꝫ ſolū iuſtitia q̄ in patria nō ceſſabit ſed poti⁹ ꝑficietur. Sꝫ ipſe ſubiungit. q̄ etiā alie tres remanebūt: ſed alios act⁹ tunc hēbūt in patria quā mō hēant in via. et hoc ꝯfirmat auto. Bede. Et tn̄ i ſpāli. D. xxxiiij

## Unc de ſeptē.

Iſta eſt di. xxxiiij. hui⁹. iij. li. In q̄ magr̄. Poſtq̄ egit de ꝟtutibus. Agit de donis. Et tria facit. Naz primo agit de donis in cōi. Scdo de timore in ſpeciali. Tertio īfert quedaꝫ ex determinatis. Primū vſq̄ ibi (Et qꝛ de timore) Secūdū vſq̄ ibi (Illd quoq̄ diligēter) Teriū vſq̄ ad fi. di. In. ſ. ſ. m. ſt. i. t. p. q. p. ē hec. Septē doā. ſſ.

q̃ a v̄tutib⁹ n̄ drn̄t. nec i p̄ria cessabūt. fuerūt i xp̄o. Hac magr̄ ponēs q̄rit tres q̄ōnes. q̄ruȝ p̄ria est. An dona. ſſ. sunt idē q̄ꝺ v̄tutes. Secūda est. An in patria maneāt in btis. Tertia est. An fuerūt in xp̄o. Ad duas p̄mas q̄ōnes sil' r̄ndet auc̄. b. Amb. ꝙ dona sunt ideȝ ꝙ v̄tutes. ꝛ ꝙ remaneāt i patria: q̄ꝛ in āgelis ꝛ in btis sunt abūdāti⁹ q̄̄ in nob. Ad tertiā r̄ndet affirmatiue: ꝙ ista dona fuerūt in xp̄o. q̄ꝺ pȝ p̄ illud ysaye. c. xi. Et requieſcit sup eū sp̄s dn̄i. ſ. sapie. intellect⁹. cōſilij ꝛ fortitudinis sp̄ūs ſcientie ꝛ pietatis. ꝛ repleuit eum sp̄ū timoris dn̄i. In qua quidē aucto. pluries repetit' sp̄ūs. Q̄ꝺ nō iō fit ꝙ. ſſ. ſint plures in natura diuina: ſed ad deſignandū multiplicē foꝛe effectū vni⁹. ſſ. Sȝ q̄ꝛ in r̄ſione ad ſecūdam q̄ōneȝ ꝙ dona etiā nō ceſſant i patria, p̄ponit in mediū quaſdaȝ autoꝛitates q̄ videntur dicere timoꝛē in patria non manere. ꝛ p̄ p̄ñs nec alia dona. q̄ꝛ qua rōne nō remanebit donū timoꝛis pari rōne. nec alia dona. Pro quaꝝ autoꝛitatū euidētia magr̄ dicit: ꝙ dona. ſſ. erūt in futuro. ſ. in patria: ſed nō hēbūt ibi illos vsus quos hic hn̄t in via. quod declarat ſp̄aliter in dono timoꝛis. Naȝ timoꝛ filialis vt dicit magr̄ in p̄nti vita tria in nob facit. Facit enī primo timere ne offendamus deū. quē diligim⁹. Scd̄o facit timere ne ſepemur ab eo. Tertio facit nos ipſum revereri. Quātū igitur ad duo prima nō manebit donū timoꝛis in patria. Et hoc volūt dicere autoꝛitates in oppoſitū allegate. Sed q̄̄tū ad tertiū manebit ibi. q̄ꝛ ibi permaxime vſus reuerētie que eſt dilectio, cū ſubiectōe erit: q̄lr̄ etiā reuerētia in xp̄o erit. Et ſubdit quoſdaȝ dixiſſe ꝙ in xp̄o, ꝛ in angelis eſſȝ donū timoꝛis solū ſcd̄m effectū ꝛ nō ſcd̄m hītū: ſȝ cōir̄ a modernis hoc nō tenet': nec magr̄ illud approbat. Secūda p̄p̄ō eſt hec. Timoꝛ qui multiplicit' nō qualitercūq̧ ſumpt⁹ a caritatis cōſoꝛtio excludit'. Hac magiſter exequēs dicit quattuoꝛ eſſe timoꝛes. quoꝝ prim⁹ ē timoꝛ mūdan⁹ ſiue hūan⁹ quo timem⁹ p̄ericl'a carnis ꝛ bonoꝝ mūdanoꝝ amiſſionē. et q̄ꝛ hic timoꝛ mal⁹ eſt ꝛ cū mūdo a mūdi ꝯtēptoꝛib⁹ relinquēdus nō p̄hibet' tanq̄̄ nō bn̄dus. Secund⁹ eſt timoꝛ ſeruilis. ſ. quo quis timet penas: ꝛ ex hoc a pctō ſe cohibens bonū operat'. Et lȝ iſte timoꝛ eſt bon⁹: nō tn̄ ē ſufficiēs ad vitā eternā obtinendā. Tertius ē timoꝛ inicial', ſ. quo quis iā amare incipit ex-

nū bonū. i. ꝙ amiſſionē ei⁹ timēs incipit bn̄ ager'. ꝛ iſto t̄poꝛe aduenīēte ſiml' aduēit caritas ꝛ timoꝛ ſeruil' incipit p̄ caritatē excludi. Quart⁹ eſt timoꝛ caſt⁹ ꝛ filial' ſeu amicabil': q̄ p̄uenit ex amoꝛe. ſ. quo timem⁹ ne deū offendamus ꝛ ab eo ſepemur. Hic vero timoꝛ ſuccedit iniciali: ꝛ p̄manet ineternū. ſeruil' āt nō p̄maēbit ſȝ deficiet. Sȝ ſubdit ꝙ vt patet ex dictis in p̄ria p̄te iſti⁹ di. Beda non diſtinxit niſi duplicē timoꝛē. ſ. ſeruilē ꝛ amicabilē. q̄ꝛ ſub ſeruili inicialē intellexit. Beatus Aug. etiā niſi duos timoꝛes diſtixit apte. ſ. caſtū qui eſt in caritate p̄fecta: ꝛ ſeruilē q̄ nō eſt in caritate. q̄ꝛ lȝ p' ip̄m bonū fiat: nō tamē bn̄. q̄ꝛ nemo inuit⁹ bn̄ facit. etiā ſi bonū ſit ꝺ ſuo genere q̄ꝺ facit. Iſtis p̄miſſis magr̄ ponit p̄p̄rietates timoꝛis ſeruilis. d. ꝙ lȝ timoꝛ ſeruil' in caritate nō ſit: tn̄ p̄pat locū caritati q̄ꝛ niſi timoꝛ pri⁹ occuparet mentē nō cēt vn̄ intraret caritas. qua tn̄ adueniente timoꝛ expellit' ꝛ foꝛas mittit'. q̄ꝺ exēplificat de ſeta ꝛ filo ſibi ānexo. filū enī nō intrat: niſi ſeta exeat. ſic eſt de timoꝛe ſeruili ꝛ caritate. Poſtea remouet quoddā dubiū. Nā in canōica Jo. dr̄ ꝙ timoꝛ n̄ ē i caritate. ſȝ p̄fecta caritas foras mittit timoꝛeȝ. Dubitat' ergo quō verū ſit q̄ꝺ in. pſ. dr̄. Timoꝛ dn̄i caſtus manet in ſeculū ſeculi. Nā cū in et̄na btitudīe de q̄. pſ. loq̄tur ſit p̄fectiſſima caritas: videt' dictum pſalmiſte dicto ap̄li cōtrariū. Ad q̄ꝺ r̄ndēs dicit. ꝙ ex quo Jo. i ſua canōica ꝛ Dauid in pſal. vno ſp̄ū repleti locuti ſunt diſcoꝛdare n̄ poſſunt ſi vtruſq̧ dictū recte itelligat'. Naȝ duplex ē timoꝛ. ſ. caſt⁹ ꝛ ſeruil'. ſeruil' n̄ ſtat vt dictū ē cuȝ caritate. ꝛ de illo loquit' ap̄lus Caſt⁹ aūt manet in p̄ria. Et de illo loq̄t' propheta. Illōꝺ pȝ ex his q̄ dcā ſūt. Nā dictū ē ꝙ timoꝛ ſeruil' ē quo q̄s p̄p̄t' penā timet deuȝ. ſed ex quo ille q̄ p̄p̄t' penā timet deū n̄ amat ip̄m. iō t̄poꝛ ille n̄ ſtat cū caritate. timoꝛ autē caſt⁹ ē: quo quis timet deū ne ip̄ȝ offendat, Sȝ ex quo ſic timere ſit amare. iō timoꝛ iſte manet cū caritate ſemp̄. Q̄ꝺ poſtea exēplificat magr̄ de duab⁹ mulierib⁹ maritat'. q̄ruȝ vna timet cōmittere adulteriū ne a viro dep̄hēdat'. Alia v̄o ne a viro deſeratur. Et applicat ſimile ad propoſitū vt pȝ in l̄ra. Poſtea aūt cōp̄at magr̄ timoꝛē inicialem ad caſtū ꝛ ad ſeruilem. d. ꝙ inicial' ē medi⁹ īnt' eos hn̄s aliq̄d de vtroq̧. q̄ꝛ p̄tiȝ facit ſeruire deo t̄poꝛ' pene: ꝛ partiȝ amoꝛe iuſtitie. q̄ꝛ etiā pōt eē in

caritate inchoata: ſʒ nō poſſit eſſe in caritatē pfecta. Et ſubdit. Quāuis inicial' timor poſſit ſtare cū caritate impfecta: ⁊ ſeruil' nō. tñ vterq₃ ipſoꝝ in ſcriptura dr̄ initiū ſapie. Naʒ ſeruil' timor ſapie ⁊ caritati locū ꝑpat. Sed ipſa adueniēte foras mittit. Naʒ initiū ſapie dr̄ tanq̄ diſponēs ad ipſaʒ. Timor aūt inicial' dr̄ principiū ſapie. q₂ cū inchoata ſapia ſimul incipit: imo ⁊ quodāmō inchoata caritas ſine ſapia. Iſta oīa roborat magr̄ autoritatib⁹ ſcōꝝ. Tertia ꝓpō eſt hec. Donū timoris extitit in xp̄o ſcḋm vſuʒ p̄rie cū timore quodā alio. Hāc magr̄ inſinuans infert ex determiatis. ⁊ ꝯcludit primo: q̄ donū timoris manebit in p̄ria ſicut alia dona: ſʒ nō hēbit ibi oēs vſuʒ quē hic hēt: vt patuit in p̄ia ꝓpōne hui⁹ diſtinctōis. Scḋo etiam ex hijs cōcludit q̄ timor ille fuit in xp̄o ſcḋm illum vſuʒ quē habet in ſcīs ſcḋm actū. ſ. reuerētie vt etiā ibidē dicebat. Uñ q̄rit etiā incidētaliter. Cū timor pene fuit i xp̄o. vtrū fuit timor mūdanus: vel ſeruil': vel inicial'. Et rñdet q̄ null⁹ coꝝ fuit. Nā timor mūdan⁹ cū mūdo deſeritur. ſeruilis vero nec ē in caritate īchoata nec pfecta. Inicialis ꝟo ñ pōt eſſe in caritate pfecta. Cū igit xp̄s iā mūdū deſeruit: ⁊ caritatē nō inchoatoꝝ ſed perfectā hūit: ſeq̄tur q̄ timor pene quē xp̄s hūit null⁹ illoꝝ timor fuit. ſʒ fuit quidā natural' ꝓueniēs ex natura ꝑ pctm̄ corrupta: ñ tanq̄ aliq̄d bonū naturale: ſʒ tanq̄ effect⁹ quidaʒ ⁊ ſeq̄la pcti Et tm̄ in ſpeciali. Di. xxxv.

## Eſt predcā dili

Iſta eſt di. xxxv. hui⁹. iij. li. In q̄ m. Poſtq̄ egit de donis abſolute Agit de ipſis reſpectiue ſeu cōpatiue Naʒ aſſerit primo drāʒ int' ſapiaʒ ⁊ ſciaʒ. Scḋo int' ſapiaʒ ⁊ intellectū. Tertio inter ſciaʒ ⁊ intellectū. Primū vſq₃ ibi (Oīſia drā) Scḋʒ vſq₃ ibi (Et eſt notādū) Tertiū vſq₃ ad fi. diſ. In ſpāli ſñia magr̄i itat in trib⁹ ꝓpōſitōib⁹ quaꝝ p̄ria eſt hec. Cōſtat inter ſapiaʒ ⁊ ſciētiā prout ſunt dona ſpūſcī fore drāʒ. Hanc magiſter inſinuās ponit triplicē differētiam inter ſapiam ⁊ ſciaʒ prout ſunt dona ſpirit⁹ ſci. Prima ē. q̄ q̄uis tā ſapiētia q̄ ſcietia poſſit dici hūanaꝝ diuinarūq₃ cognitio. tñ ꝓprie accipiēdo ſapiētia eſt cognitio reꝝ diuinaruʒ ſcientia vero rerū hūanaꝝ. Secūda eſt. q̄ ſapiētia eſt pietas q̄ grece theoſebea appellat' i. dei cult⁹. qui videlicʒ cult⁹ in dilectōne dei ⁊ cognitōe cōſiſtit. Sciētia vero eſt abſtinere a mal'. ⁊ in medio natōis praue prudēter conuerſari. Tertia eſt. q̄ ſapiētia pertinet ad cōtemplatōneʒ ſupnoꝝ ſeu eternoꝝ. ſcientia vero ad actionem qua beneutimur tēporalib⁹ reb⁹. Iſtaʒ magiſter reprobat autoritate beati Auguſtini. Et ſubdit q̄ ex quo in chriſto fuit ⁊ res diuina ⁊ res hūana: de ipſo hēmus ſapiētiā que reb⁹ diuinis. ⁊ ſciētiā que rebus hūanis attribuitur. Secūda ꝓpō ē hec. Ex declaratōe p̄ñtis text⁹ patet differētia inter donū ſapiētie ⁊ intellect⁹. Hanc ponēs ꝓponit duplicē differētiā inter ſapiētiā ⁊ intellectū. quaꝝ prima eſt hec. q̄ ſapientia eſt de reb⁹ eternis vt de deo. intellect⁹ ꝟo de reb⁹ aliquib⁹ ex tēpore ortis vt de creaturis Secūda drā eſt hec. q̄ ꝑ intellectū cognoſcim⁹ intelligibilia ſine delectatōe: ſed ꝑ ſapiētiā etiā de reb⁹ cognitis delectamur. ⁊ ſic ex oib⁹ p̄dictis recolligit iſtaꝝ triuʒ. ſ. ſapiētie ſciētie ⁊ intellect⁹ drām ſtare in hoc q̄ ſcientia valet ad rerū tpaliū debitam adminiſtrationē ⁊ bonā inter malos cōuerſatiōeʒ. Intellect⁹ vero ad creatoris videlʒ ⁊ creaturarū inuiſibilē ſpeculationē. Sapiētia aūt ad ſoli⁹ eterne veritatis cōtēplatōeʒ ⁊ dilectioneʒ

Tertia ꝓpō eſt hec. Intellect⁹ ⁊ ſcia ꝓut ſunt ſpiritusſancti dona differunt ab intellectu ⁊ ſcia ꝓut inſunt a natura. Hanc magr̄ ponēs dicit: q̄ ꝓut ſunt dona ſpiritusſancti infunduntur per gratiam: vt homo per eam recte viuit. prout vero ſunt dona naturalia inſūt homini ex beneficio creationis. Et ſubdit. q̄ dona ſpiritusſancti reformantur in homine illa que naturaliter inſunt. quia intellectus hominis per peccatum obtenebrat⁹ per ſpiritum intelligentie ideſt donum intellectus adiuuatur ⁊ a peccato eripit'. Per donū vero ſapiētie quod cōtemplationē ⁊ dilectioneʒ eterne veritatis erigitur. Addit etiaʒ q̄ ſapientia que eſt donum dei de qua hic ait ſermo non eſt illa ſapientia que deus eſt: ſed eſt hoīs ſapientia qua homo ſapit que tātum poteſt dici de ſapientia: non q̄ deus ea ſapiens ſit: ſed quia a domino deo datur. ſicut dicitur iuſtitia dei quam deus homini dat cum ipſum iuſtificat. Et tantum in ſpeciali de ſententia hui⁹ diſti. Di. xxxvi.

## Olet etiā īquiri

Iſta ē di.xxxvi.h⁹.iij.li. In q̃.ni.
Poſtq̄ egit de ṽtutū ꝛ bonoꝝ ad
inuicē cōpatōe: Agit de ṽtutū cōnexiōe. Et
tria facit. Nā ꝑꝛ connexionē querit pͥo. an
ab hñte vnā virtutē oēs hēantur. Secūdo.
an ab hñte vnā ṽtutē oēs equalit̃ hēantur.
Tertio inq̄rit de cōnexiōe ꝑceptoꝝ quib⁹ ac
tus ṽtutū repāt̃. Primū vero vſq꞉ ibi (Utrū
ṽo piter) Scđ₃ vſq꞉ ibi (Cū duo ſunt) Ter
tiū vſq꞉ ad fi.di. In.ſ.ſ.m.ſt.i.tri.p.q.pri.ē
hec. Uirtutes ita ſunt cōnexe: q̄ vna ſine oi
b⁹ hri n̄ pōt. Hāc.m.inſi.q̄rit. Utrū ṽtutes
ſunt cōnexe: q̄ q̄ vnā h₃ oēs hēat. Et r̄ndet
q̄ ſic. qđ pbat aut.b. Hier. q̄ d̄ c: ipſas ſic ſi
bi cohercre: vt q̄ vnā h₃ oēs hēat: ꝛ q̄ vna ca
ret oib⁹ caret. Qđ etiā ꝓbabile ē. Na₃ ex quo
caritas ē oī₃ ṽtutū ꝛ legis plenitudo: igit̃ in
quocūq꞉ eſt caritas: i eo ſūt oēs ṽtutes. Se
cūda ꝓpō. Quāuis ṽtutes inter ſe fore eq̄les
debeat teneri: pñt tñ inequal'r a nob haberi.
Hāc.m. pōnens q̄rit. Utrū hñs oēs ṽtutes
hēat eas eq̄l'r vl' ineq̄l'r. Ad quā qđ₃ r̄ndēdo
ꝑmo recitat circa hoc opiōnē cui non vide
tur aſſentire. Et eſt opinio quoꝝūda₃ dicen
tiū: q̄ aliq̄ ṽtutes hñtur mag] ꝛ aliq̄ minus
ab hoib⁹ ipſas hñtib⁹: ſic in Job viguit pa
tientia. in Dauid hūilitas. In moyſi manſue
tudo. in abrahā fides. Et etiā iſti dicūt q̄ ali
q̄ pñt pl⁹ mereri p vnā ṽtutē q̄ p aliā. ꝛ hñt
vnā pleni⁹ q̄ aliā. l₃ tñ p nullā poſſit pl⁹ me
reri q̄ p caritatē q̄ caritas ꝓducit. Poſtea ve
ro ponit ſolutionē qōnis veriorē ſcđm opio
nē alioꝝ q̄ dicūt. q̄ eo mō quo ṽtutes ſt ſil' i
aliq° eodē mō ſt etiā equales: ita q̄ q̄ ē par
vl' eq̄l' alteri in vna ṽtute: etiā eſt eidē equal'
in oib⁹. qđ poſtea confirmat auto.b. Augu.
R̄ndet ad illud qđ prima qō inducebat. ſ. q̄
aliq̄s d̄r excellere aliū in aliqua ṽtute vt in fi
de Abrahā i pacīa Job ꝑcellebāt. Il'ud d̄t
m. fore intelligēdū q̄tū ad vſu₃ act⁹ interio
ris. ſ. ſcđm q̄ vn⁹ mag] exeq̄tur actū vni⁹ vir
tut] q̄ actū alicui⁹ alteri⁹ ṽtut]. Uel intelligē
dū eſſe dicit q̄ illa in hmōi ṽtutibus magis
pollebant in comparatōe ad alios hoīes: et
nō in cōpatōe ad alias ṽtutes. Et hoc iteru₃
cōfirmat auto. Ex quo cōcludit q̄ ṽtutes q̄
tū ad ſubſtātiā ſeu eſſentiā hit⁹ ſunt equales
ꝛ equaliter hñtur. ſ₃ q̄tū ad actū vna hētur
mag] q̄ alia. Ex iſto tñ n̄ ſeq̄tur vt dic magr̄
q̄ etiam peccata ſint equalia: q2 nō equalit̃
ſunt cōtra caritatē. ſed vnū magis aliud mi
nus. Tertia ꝓpō eſt hec. Omnia precepta
decalogi ad duo precepta caritatis referūtur
ꝛ p verā dilectionē dei ꝛ ꝓximi adimplētur.
Hāc magr̄ ponēs querit, quomō illud poſſit
eſſe verū qđ in duob⁹ ꝑceptis caritatis de di
lectōe dei ꝛ ꝓximi lex pēdet ꝛ ꝓphete: cu₃ in
lege ꝛ prophetis multa cōtineāt cerimonialia
mādata que iā ceſſauerūt. vt circūciſio ꝛ ceri
monie ſacrificioꝝ q̄ nec ceſſaſſe debuiſſent ſi
cut nec caritas ceſſat. Ad qđ r̄ndet q̄ ex quo
cerimonalia impoſita fuerūt in figura futu
roꝝ: ideo aduenīete veritate ceſſare debuerūt
Nihilominꝰ tñ ad caritatē referūtur ſcđ₃ ſpi
ritualē intellectū quē cōtinent. qđ p₃ ex hoc
q̄ omnia que ſunt in lege ſiue moralia ſiue ce
rimonialia ad decē ꝑcepta decalogi reducū
tur. Ex quib⁹ cetera manāt. Et eodē mō ipa
decē ad duo caritatis mādata tanq̄ ad ſuū
finē referūt. Qđ auto. hīc Aug. pulcre decla
rās ꝯfirmat. Et tm̄ in ſpāli. Di.xxxvij.

## Ed iā diſtribu.

Iſta eſt di.xxxvij. hui⁹.iij.li. In q̄
magiſter Poſtq̄ egit de hītibus
ṽtutū ꝛ bonoꝝ. Incipit agere de his qui cō
ſiſtūt in actib⁹ ꝑceptoꝝ. Et tria facit. Nā pri
mo ꝑmittit quedā de ꝑceptis generalia. Se
cūdo determiāt quedā de ꝑceptis que ſūt ad
deū ſpāliter ordinantia. Tertio exēplificat ꝑ
cepta que ſunt ſpāliter ad ꝓximum ſonātia.
Primū vſq꞉ ibi (Primū in prima) Scđ₃ vſ₃
ibi (In ſecūda vero tabula) Tertiu₃ vſq꞉ ad
fi.di. In ſpāli ſniā magr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpo.
quarū prima eſt hec. Decē₃ ſūt decalogi nob
mādata a deo per moyſen in duab⁹ tabulis
tradita vel donata. Hāc magr̄ inſinuās dic
cōſiderādū eſſe de mādatis decalogi q̄ in du
obus mādatis. ſ. dilectōe dei ꝛ ꝓximi cōplē
tur. Nā decalog⁹ ſcđ₃ magr̄₃ h₃ decē māda
ta ſiue ꝑcepta. q2 decalog⁹ eſt illud decacor
dū. i. decē cordarū pſalteriū. de quo d̄r i pſal
mo. In pſalterio decacordo pſalla₃ tibi. Et
ſunt illa decē precepta filijs iſrael p Moyſē
in duab⁹ tabul' digito dei ſcript] tradita: ita
q̄ tria que ſunt in prima tabula ordināt ho
minē ad deū. Septē aūt que ſunt in ſecūda
tabula ordināt ad dilectionē proximi. Se
cūda ꝓpoſitio eſt hec. Ut tria mandata pri
me tabule ordināt hominē ad deū: ita ſepte₃

preceꝑta tabule ſecūde ordināt ad proximū
Hāc magr̄ inſinuās dicit: ꝙ triū preceptorꝝ
prime tabule que ordināt ad deū. Primū ē
Non adorabis deos alienos. Nō facies tibi
ſculptile ſine idolū: neqꝫ omnē ſimilitudinē
Iſtud preceptū diuidit Origenes in duo ꝑ-
cepta diſtinguēs inter idolū ⁊ ſimilitudinē.
Nā cū aliquis facit imaginē rei alicui⁹ exiſtē
tis in natura: vt hoīs ſerpētis vel ouis dr̄ fa
cere ſimilitudinē. Si vero facit ymaginē ali
cui⁹ qḋ nūꝙ vidit ocul⁹, ſed tm̄ fingit hoīs
anim⁹. eo ꝙ natura ſimile nō habet dr̄ facere
idolū. Unā apl'us dicit ꝙ idolū nihil eſt ī mū
do. Sꝫ btūs Augu. dicit. ꝙ ſit niſi vnū ꝑce-
ptū: qḋ exprimitur hijs verbis. Nō habebis
deos alienos. Illud vero qḋ additur. nō fa-
cies ſculptile. nō eſt aliud ꝑceptū, ſed eiuſdē
ꝑcepti ꝑfectior explicatio. Et ſentētia iſta. b.
Augu. apparet verior. Ad autoritatem apl'i
quā Origenes allegat ꝑ ſe ſcꝫ idolum nihil
eſt in mūdo. illā exponit beat⁹ Aug⁹ dicens
apoſtolū velle dicere ꝙ forma idoli nō ē int
creaturas mūdi cōputāda. qꝛ lꝫ materiā ido-
li deus creauit. formā tn̄ ei⁹ hominū peruer-
ſitas edidit. ⁊ ideo idolū nihil eſt. qꝛ eius for
ma per verbū dei facta nō eſt. vt etiā pctm̄
nihil ē: qꝛ ꝑ vbū dei factū nō ē. vt patet Joh.
primo. Sed cōtra iſtud obijcit magr̄: ⁊ dicit
Cū beat⁹ Aug. alibi dicat. ꝙ oīs forma et
cōpago eſt facta per verbū quomō tunc pōt
eſſe verū: ꝙ forma idoli nō ſit facta per vbū
Ad qḋ rn̄det dupliciť. Nā primo ſcdm̄ quoſ-
dā dici pōt ꝙ forma idoli inꝙtum eſt: a deo
eſt. ſic etiā peccatū. ⁊ quicqḋ eſt inꝙtū eſt a
deo eſt. Sed forma ydoli nō eſt a deo inꝙ-
tū poſita eſt ad adorandū. qꝛ ſic non eſt crea
tura: ſed magis peruerſitas creature: ſic etiā
peccatū inꝙtū peccatū nō eſt a deo: nec cre-
atura: ſed creature defectus. Scdo reſpōde
ri pōt ſcdm̄ alios ꝙ hec ꝓpō Omnis forma
a deo eſt: intelligēda eſt dē forma que natura
liter habet eſſe: qualis non eſt forma ydoli:
eo ꝙ vere iuſtitie que deus eſt non aſſimila-
tur. Secūdū preceptū prime tabule eſt. Non
aſſumes nomē dei tui inuanū. i. nō iurab̄ ꝓ
nihilo, per deū vel per nomē dei. Uel ſcdm̄
ſenſū allegoricū prohibetur hic xp̄s eſſe cre-
atura: vt ſit ſenſus mādati. Non aſſumes. i.
nō putes xp̄m eſſe creaturā. Tertiū preceptū
prime tabule eſt. Memento vt diē ſabbati
ſanctifices. ꝑ quod ſcdm̄ litterā precipit ſab
bati obſeruātia. Sed allegorice mādatur no
bis vt in pn̄ti a vitijs quieſcamus: ⁊ in futu-
ro dei contēplatione a ſpirituſancto expecte-
mus. ⁊ dicit a ſpūſancto expectem⁹: nō iō ꝙ
ſpirituſſanct⁹ iſta operetur ſine patre ⁊ ſine
filio: ſed qꝛ remiſſio peccatorꝝ appropriať ſpi
rituiſancto. Iſta tria precepta adaptat mgr̄
trib⁹ ꝑſonis. primū patri: ſecūdū filio: tertiū
ſpirituiſancto. Tertia ꝓpō eſt hec. Secun-
da tabula moyſi data cōtinuit ſeptē ꝑcepta
ad dilectionē chriſti ordinata. Horꝝ ꝑcepto-
rū magiſter in hac pn̄ti diſtinctōe enumerat
quinqꝫ. Alia duo reſeruans ad aliā diſtictio
nē. Primū eſt de honore parentū corporaliū
Secūdū eſt de nō occidēdo. vbi lꝫ ſcdm̄ lit-
terā. i. ſcdm̄ legē moyſi prohibeatur tm̄ act⁹
occidēdi ſcdꝫ ſpm̄: tn̄. i. ſcdꝫ legē euāgelicā
etiā volūtas occidēdi ꝓhibetur. qḋ lr̄a euan
gelij plane exprimit. Tertiū eſt. Nō mecabe-
ris. vbi ſcdm̄ beatum Augu. nomie mechie
omnis illicit⁹ cōcubit⁹ atqꝫ oīs mēbrorꝝ illici
tus vſus ꝓhibetur. Quartū eſt. Nō furtū fa
cies. vbi noīe furti omnē illicitā vſurpatio
nē rei aliene voluit dn̄s intelligi. ⁊ iſto prece
pto prohibetur vſura. rapina ⁊ ſacrilegium.
qḋ tripliciter cōmittitur. ſcꝫ dū vel ſacrū dē ſa
cro. vl' n̄ ſacrū dē ſacro. vl' ſacrū dē n̄ ſacro au-
fert. Sacrū aūt dr̄ eſſe illud qḋ diuino cultui
exiſtit mācipatū. Quintū eſt. Nō loqueris cō
tra proximū tuū falſū teſtimoniū. Quo prece
pto crimē mendacij ⁊ piurij ꝓhibetur. Et tā
tū in ſpeciali. Di. xxxviij.

## Ciendū tamen

Iſta eſt diſtinctio. xxxviij. hui⁹ ter
tij libri. In qua magiſter Poſtꝙ
egit de octo preceptis. Incipit agere de pec-
cat] que iſto octauo precepto prohibetur. Et
tria circa hoc facit Nam primo plura genera
mēdaciorꝝ premittit. Secūdo quid ſit mēda
ciū ſubiūgit. Tertio ꝙ omne mendacium ſit
peccatū cōcludit. Primū vſqꝫ ibi (Hic vidē-
dū eſt) Secūdum vſqꝫ ibi (Q] vero omne)
Tertiū vſqꝫ ad finē diſtinctōis. In ſpeciali
ſentētia magiſtri ſtat in tribus propoſitiōib⁹
quarū prima eſt hec. Octo ſunt mēdaciorꝝ
genera. que tāto ſunt grauiora quāto primo
mēdacio fuerūt proximiora. Hanc magiſter
inſinuās Primo diuidit mendacium in tria
gn̄a. quorū primū eſt officioſū quale eſt mē
daciū. qḋ fit pro cōmodo vel ſalute corporis

ſicut fuit mendaciū obſtetricum hebreoꝝ in
egypto. ⁊ raab meretrix abſcōdētis explora
tores. ⁊ iſtud nunꝗ̄ poteſt fieri ſine peccato
quia in viris perfectis ē peccatuꝫ dānabile
⁊ in imperfectis peccatuꝫ veniale. q̄ꝛ excuſat
quodāmō ꝓpter miſericordiā ⁊ pietatem. ſi-
cut mendaciū obſtetricū ⁊ raab meretrix ex-
cuſatur. nō tamen propter hoc quis aliq̄ pec
cata debet cōmittere: vt per miſericordiaꝫ et
pietatē velit excuſari. vt nullus debet furari
diuiti vt det pauperi. Secundū genus men
dacij eſt mendaciuꝫ iocoſum quod fit cauſa
ſolacij vel in ioco. ⁊ iſtud ſimiliter in viris ꝑ-
fectis eſt dānabile. ⁊ in viris imperfectis ve-
niale. Tertiuꝫ genꝰ mēdacij eſt pernicioſum.
qđ fit. ſ. ex malignitate ſeu qđ ꝓuenit ex ani
mo nocēdi. ⁊ hoc omnibꝰ eſt fugiēdū. Poſt
ea magiſter enumerat octo genera mēdacio
rū que ponit beatꝰ Augu. quoꝝ primū fit in
doctrina fidei. Secūduꝫ eſt quod nulli pro-
deſt ſed alicui obeſt. Tertiū eſt quod alicui ꝓ
deſt ⁊ alicui obeſt. Quartū eſt quod fit ex ſo-
la libidine ⁊ delectatione mentiendi. Quin-
tum eſt quod fit in pulcriloquio vel cupidi-
tate placēdi. Sextū eſt qđ nulli obeſt ſed ali
cui prodeſt quantū ſcꝫ ad ablationē rei exte-
rioris. Septimū eſt quod nulli obeſt ſed ali-
cui prodeſt quantū ad preſeruationē a mor-
te corporali. Octauū eſt qđ nulli obeſt ſꝫ ali
cui prodeſt quantū ad preſeruationē ab im-
mūdicia corporali. Prima tria genera horū
octo mēdacioꝝ reducūtur ad mēdaciū ꝑnici
ſuꝫ. ⁊ duo media ad mēdaciū iocoſuꝫ. tria āt
vltima ad mendaciū officioſuꝫ. Vñ cōcludit
ꝙ in oībꝰ predictis mēdacijs attēdi hēt gra
dus quantū ad grauitatē ſcđm ꝙ magis vel
minꝰ accedūt ad primi mēdacij genꝰ. Se
cūda ꝓpō eſt hec. Hoc ꝓprie đr mēdaciū cuꝫ
quis intētōne fallēdi dicit falſuꝫ. Hāc magr̄
ponēs dicit. ꝙ mēdaciū eſt cū ꝓfert falſuꝫ in
tētōne fallēdi. eo ꝙ aliud dicat ore ꝙ̄ ſentiat
corde. Scđo oſtēdit quid ſit mētiri. đ. ꝙ mē
tiri eſt loq̄ cōtra illud qđ q̄s ſentit animo: ſi-
ue illud ſit verū ſiue falſuꝫ. Ex quo cōcludit
ꝙ oīs qui mēdaciū loquit̄ mētit̄. ſꝫ nō ecōtra
oīs q̄ mētitur mēdaciū loquit̄. q̄ꝛ q̄n̄qꝫ verū
ē qđ loq̄tur ille qui mētitur. q̄ꝛ q̄ mētitur lo-
tur cōtra illud qđ aīo ſentit. ⁊ ſic nō dicit mē
daciū q̄ꝛ nō loquitur falſuꝫ. Vñ etiā patet ꝙ
etiā aliquis falſuꝫ loquēdo pōt eſſe verax. ſ.
ſi nō loquit̄ cōtra illud qđ aīo ſentit. Iuxta
quod querit. Vtrū iudeus mendaciū loquat̄
dicēs xp̄m eſſe deū quod tñ corde nō credit.
Et rn̄det ꝙ nō loquitur mendaciū. q̄ꝛ licet nō
credat corde eſſe verū quod loquitur. tamen
quia verum eſt quod loquitur non dicit mē
dacium. quia mendaciū eſt cum profert fal-
ſum intentōe fallēdi. ſed bene mentitur cuꝫ
dicat cōtra mentem. Tertia ꝓpō eſt hec.
Vniuerſaliter omne mēdaciū eſt ⁊ đr pctm̄.
Hāc magr̄ ponēs dicit vniuerſaliter oē men
daciū eſſe peccatū. Licꝫ tamē inter mēdacia
ſunt gradꝰ grauitatꝭ in peccando. Qđ decla
rat auto. beati Augu. cui annectit. ꝙ mēda
ciū hēt rōnē peccati: ex hoc ꝙ ſcđm ordineꝫ
rōnis hō illud loq̄ debet qđ in aīo ſentit. cuiꝰ
oppoſitū facit qui mēdacium loq̄tur. ipſe eni
vtitur verbis nō ad id ad qđ ſūt inſtituta. ſ.
ad cogitationū noſtrarū notificationē ſꝫ ad
fallaciā. qđ peccatū eſt ⁊ etiā q̄n̄qꝫ dānabile
i. mortale. Iuxta illđ pſalmiſte. Perdes oēs
qui loquūtur mēdaciū. Et ſapiēs. Os quod
mētitur occidit animam. Iſte vero autorita
tes nō ſunt intelligēde de omni mēdacio: ſꝫ
tm̄ de dānabili. Conſequēter determinat de
ſequela peccati que eſt error. ⁊ dicit ꝙ errare
in fide vel ꝗ̄tuꝫ ad vitā eternā magnū pctm̄
eſt ⁊ periculū. Sed errare tm̄ in rebꝰ que ad
curioſitatē pertinēt nō eſt peccatū. ⁊ ſi ē pec-
catū. tūc eſt leuiſſimū pctm̄. Subdit etiā. ꝙ
licet nō erret̄ niſi ꝑ ignorātiā rei alicuiꝰ: tñ nō
ſeq̄tur ꝙ errat q̄cūqꝫ aliq̄d ignorat. Sꝫ ille
đr tm̄ ꝓprie errare q̄ credit ſe ſcire qđ neſcit.
⁊ ſic falſuꝫ ꝓ vero approbat. Et ꝗ̄uis illud
generaliter ſit requiſitum ad oēꝫ erroreꝫ: tñ
multū refert in q̄bꝰ errat̄. Nā in aliq̄bꝰ errare
eſt periculoſuꝫ. In alijs aūt eſt meliꝰ errare
ꝙ̄ nō errare: q̄ꝛ errare in aliquibꝰ q̄n̄qꝫ ꝓdeſt
Vltimo q̄rit. Vtrum iacob dicēdo Ego ſuꝫ
eſau: mētitꝰ fuit. Et rn̄det magr̄ ſcđm btm̄
Aug. ꝙ nō. q̄ꝛ nō itēdebat fallere. Itē nō fuit
mēdaciū ſꝫ myſteriū. qđ nūc i ꝑāti ꝑ. ſſ. eſt re
uelatū. Et tm̄ i ſpāli. Di. xxxix.

# Hic de piurio

Iſta ē di. xxxix. hꝫ: iij. li. In q̄. m.
Poſtq̄ꝫ egit đ mēdacio Agit đ ꝑ
iurio. Et tria fac̄. Nā pmo agit đ ꝑiurio ſpā-
lit̄. Scđo đ iuramēto gn̄alr̄. Tertio determi
nat q̄ſdā q̄ōnes incidētalr̄. Primuꝫ vſqꝫ ibi
(Si āt q̄rit̄) Secūdū vſqꝫ ibi (Querit̄ etiā)
Tertiū vſqꝫ ad finē diſtinctōis. In ſpāli ſen
tētia magri ſtatim tribꝰ ꝓpōnibꝰ. quaꝝ prīa
eſt hec. Quāuis omne mēdaciuꝫ iuramento

cõfirmatũ extat ꝑiuriũ. Nõ tñ om̃e ꝑiurium
eſt mẽdatiũ. Primã huius cõcluſionis par-
tẽ mgr̃ ꝓbat diffinitione ꝑiurij dicẽs. ꝙ ꝑiu
riũ eſt mẽdatiũ iuramẽto cõfirmatũ. Scdaꝫ
vero ptẽ eiuſdẽ. ſcꝫ ꝙ nõ om̃e ꝑiuriũ ſit men
mẽdaciũ ꝓbat mgr̃ tres ponẽs modos ꝑiu
rij. quoꝝ pnim⁹ mod⁹ eſt. cũ aliq̇s ſciẽter ali-
quod falſum firmat iuramento qd̓ tñ putat
eſſe falſum. Scd̓s eſt cũ aliq̇s firmat aliqd̓
falſum iuramẽto. qd̓ tñ putat eſſe verũ. Et
iſti duo modi ꝑiurãdi nunq̃ poſſunt eſſe ſi-
ne mẽdatio. Tertius modus eſt cũ aliq̇s fir-
mat aliqd̓ verũ iuramẽto qd̓ tñ putat eẽ fal
ſum. ⁊ iſte ꝑiurãdi modus eſt ſine mẽdacio
eo ꝙ nõ iuratur falſum. licꝫ adeſt intẽtio fal-
lendi nõ tñ eſt ſine pctõ. qꝛ nõ fuit adhibita
debita iurãdi cautela. q̃ cõſiſtit in hoc vt be
ne diſcutiat̃ res ſuꝑ quã q̇s iurare preſumit.
Sꝫ cõtra dicta obijcit magr̃ dupliciter. Naꝫ
videt̃ ꝙ nõ ꝑiurat q̇ verũ qd̓ falſuꝫ putat iu
ramẽto cõfirmat. qꝛ verũ iurat. ⁊ etiã nõ abu
titur verbis. qꝛ iurat illud qd̓ ſignificat. Ad
qd̓ rñdens dicit. ꝙ nõ tm̃ q̇ falſum iurat. ſed
etiã q̇ verũ iurat qd̓ falſum eẽ putat ꝑiurat.
Qd̓ patet ex hoc ꝙ loq̇ cõtra mẽtẽ cũ atteſta
tione iuramẽti ꝑiuriũ eſt ſiue illud ſit verum
qd̓ dicitur ſit verũ ſiue falſum. Scdo obijcit
ſic. Dictũ eſt ꝙ q̇ falſum iurat ꝑiurat. igitur
videtur ꝙ oĩs iurãs ſe aliq̇d certo tp̃e daturꝫ
alicui. ꝙ tñ nõ dabit ſtatim iurẽdo ꝑiur⁹ ſit.
patet qꝛ falſum iurat. ⁊ rñdet. mgr̃ ꝙ taliter
iurans nõ incurrit ꝑiuriũ niſi vel iurando ꝓ
poſitũ. vel trãſgrediẽdo terminũ. Scda ꝓ
poſitio eſt hec. Iurare nõ ſꝑ eſt licitũ neqꝫ il
licitũ. Hãc mgr̃ ponẽs querit. vtrũ iurare ſit
malũ vel illicitũ. Et rñdet ꝙ ſicut iurare fal-
ſum grãde eſt pctm̃: ſic iurare ſine neceſſita-
te nõ eſt ſine pctõ. Exẽplum huius eſt. vt ſi
q̇s ꝑ iuramentũ cõfirmaret ꝙ deus nõ eſſet
creãtoꝛ oĩm rerũ. talis falſum iuraret: ⁊ ꝑ cõ-
ſequẽs graue eſſet pctm̃. ſed iurare ex neceſſi
tate ſuꝑ aliquo licito. ſcꝫ ſuꝑ innocẽtia alicu-
ius cõfirmãda. vel federa pacis cõfirmanda
vel aliq̇d vtile ſeruãdũ nõ eſt pctm̃. Tertia
ꝓpõ ẽ hec. Quãuis iurare ꝑ creatãs iꝑfect[is] ñ
ſit ꝑmiſſũ. ꝑfect[is] tñ nõ ẽ illicitũ ſeu ꝓhibitũ
Hãc eni ꝓ. mgr̃ ꝓbans q̃rit ſex queſtiones
Quarũ q̃ſtionũ pͥma eſt hec. Vtrũ etiã liceat
iurare ꝑ creaturas. Et ꝙ nõ licet arguit ꝑ
illud. nolite iurare neqꝫ ꝑ celũ. neqꝫ etiã per
terrã. Cõfirmatur hoc. nullus homo nec per-
fectus nec imperfectus poteſt per creaturas
iurare. ergo dictũ magr̃i eſt falſum. Antece
dens ꝓbatur qꝛ om̃e iuramẽtũ eſt ad cõfir-
mandũ veritatẽ ꝓponendũ. ſed ſolus deus
eſt veritas q̃ de ſeipo dicit. Ego ſum via ve
ritas ⁊ vita. ergo nullũ iuramentũ p̃ſtabit ni
ſi ꝑ de⁹ rerũ cõditorẽ. Ad qd̓ rñdet ꝙ iꝑer-
fectis indictũ fuit ꝑ creatorẽ ⁊ nõ ꝑ creatu
ras iurare. Sꝫ viris ꝑfectis ꝑ creaturas nõ
eſt ꝓhibitũ iurare. eo ꝙ in creaturis ſciũt cre
atorẽ venerari. Sicut patet de Ioſeph q̇ iura
uit ꝑ ſalutẽ pharaois. Et ſubdit ꝙ xp̃s ꝓhi-
buit iurare ꝑ creatãs. duplici de cauſa. Pͥa
ẽ ne crederetur aliquid diuinũ eſſe i creaturiſ
ꝓ quo eis reuerẽtia deberetur. ſecundo ne iu
rans falſum ꝑ creaturas crederet ſe nõ pec-
care ſeu ne iurantes ꝑ creaturas crederent ſe
nõ obligari ad iuramẽti cõpletionẽ. Alia q̃-
ſtio. Quis magis obligetur. vtrũ q̇ iurat per
deum. vel qui iurat per creaturaꝫ. Et reſpõ-
det ꝙ magis obligatur qui iurat per deum
qꝛ ꝑ deũ oĩa facta ſunt. ⁊ nõ ecõuerſo. Vbi
ſubdit q̇d ſit ꝑ deũ iurare dicẽs. ꝙ iurare per
deũ eſt deũ adhibere teſtẽ illi⁹ rei q̃ iurat̃. Si
militer iurare per creaturã eſt creatorẽ ei⁹ te-
ſtem ſuũ obligare. Vnde ſcd̓m b. Auguſti-
nũ. q̇ per lapidẽ iurat falſum periurus eſt. qꝛ
ꝑ nõ lapidẽ iurat. ſed ꝑ eius creatorẽ. Item
eſt aliud iuramentũ execratõe. vel per execra
tionẽ. vt cum dꝛ. ſi feci illud hoc veniat mihi
aut filijs meis. Et hoc eſt grauiſſimũ. Ter
tia queſtio eſt. Vtrũ infideles peccẽt iurãdo
per falſos deos. Et rñdet ſcd̓m b. Auguſti-
nũ. ꝙ ſi infidelis iurat falſum ꝑ falſos deos
peccat dupliciter. Primo qꝛ iurauit ꝑ quos
nõ debuit iurare. Scdo qꝛ iurauit cõtra fidẽ
quã debuit ſeruare. Quarta q̃ſtio ẽ. Vtrũ
om̃e iuramentũ ſit implendũ. Et reſpondet
ꝙ iuramentũ incautũ. ſcꝫ qd̓ vergit in peiorẽ
exitum nõ ſit implendũ. ſed mutandũ. ⁊ q̇
ipſum nõ mutaret peccat dupliciter. Primo
qꝛ iniuſte iurauit. Scdo quia facit qd̓ non
debet. Vbi ſubdit ꝙ iuramentũ ſit illicitum
tripliciter. aut qꝛ iurat qd̓ in ſe ẽ vicioſuꝫ. vt
adulteriũ vel homicidiũ. ⁊ tale iuramentum
non eſt ſeruandum. Scdo cũ quis iurat qd̓
nõ eſt in ſe vicioſum. ſed per accidens. vt ſi
q̇s poſt votũ caſtitatis iurat aliquã accipere
in vxorẽ. vel ꝙ iurat aliquid omittere: qd̓ in
ſe eſt bonũ. ſcꝫ nõ dare elemoſinã alicui indi
gẽti. Quita q̃ſtio eſt. Vtrũ iurans incaute

debeat dici ꝑiurus. Et rn̄det ꝙ ſic. ⁊ hoc nō ideo ꝙ nō ſeruat ꝙ iurauit. qꝛ tenetur illud mutare vt dictū eſt in p̄cedētibus. ſed qꝛ iurauit iniuſtū reus efficitur. ſicut ille q̄ ꝑiurat Unde ſubdit ꝙ qualitercūqꝫ iuretur iuramētū ſemꝑ refertur ad intētionē recipiētis ⁊ nō iurātis. Uñ qui fraudulenter iuramentū p̄ſtat dupliciter peccat. Primo qꝛ nomē dei in vanū aſſumit. Secūdo qꝛ ꝓximū doloſe nititur decipere. Sexta q̄ſtio eſt. Utrū peccet ille q̄ cōpellit aliū iurare. Et rn̄det ꝙ ſi exigitur iuramentū ſolū vt fides fiat de re ſuper qua iuratur. nō eſt pctm̄. ſed hūana tēptatio Si aūt recipiēs iuramentū ſciēs aliū falſum iurare. tūc ſi cōpellit ipm̄ iurare mortalit̄ peccat. Et ſubdit ꝙ ſcd̄m ordinationē ſynodi aurelienſis ad iuramentū debent hoīes ieiuni accedere niſi eſſet ꝓ pace firmanda. vel vniuerſaliter in quibus mora p̄ſtaret periculū Et tm̄ in ſpeciali. Diſt. xl.

## Ancta ſinoduſ

Iſta eſt diſtinctio. xl. ⁊ vltīa huius tertij libri. In qua mgr̄ poſt ꝙ egit de peccatis ad octauū p̄ceptū ꝑtinētibus: ꝓſequit̄ ſuū tractatū de p̄ceptis. ⁊ agit de duobus p̄ceptis reſiduis. Et tria facit Primo enī ponit ſextū ⁊ ſeptimū p̄ceptū prime tabule. Scd̄o remouet quaſdā dubitationes de lege. Tertio aſſerit differentiā legū ſcꝫ moſayce ⁊ euāgelice. Primū vſqꝫ ibi (Si vero q̄ritur) Secūdum vſqꝫ ibi (Diſtat aūt euangeliū.) Tertiū vſqꝫ ad finē diſtinctionis In ſpeciali ſentētia mgr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpōib⁹ quaꝝ p̄ma ē hec. Sextū p̄ceptū ſcd̄e tab'le ꝓhibꝫ appetitū mechādi ⁊ ſeptimū volūtatē furādi. Hanc magiſter ponēs dicit ꝙ ſextum preceptū ſecunde tabule eſt. Non cōcupiſces vxorē ꝓximi tui. Sed contra illud replicat dicens. ꝙ alicui poſſit videre ꝙ iſtud ſextū p̄ceptū de nō cōcupiſcendo vxorē ꝓximi ſui: ſit idem cum tertio precepto ſecunde tabule de mechādo, ⁊ ꝙ ſeptimū ſit idem cū quarto de non faciendo furtū. Et reſpōdet ꝙ non ſunt idem. ſed in tertio ⁊ quarto prohibentur actus exteriores tm̄. In his aūt duobus p̄ceptis ꝓhibentur etiā actus interiores. ſed contra iſtud adhuc replicat dicens. Ex iſta ſolutione habetur ꝙ in lege veteri ꝓhibētur tam actus exterior q̄ꝫ etiā interior quō ergo verū eſſe poteſt qd̄ communiter dicit ꝙ lex cōp̄mat manū ⁊ nō animū. Et reſpōdet ꝙ lex vetus ⁊ manū ⁊ animū cōprimit quantū ad p̄cepta moralia. Sed dicitur tm̄ comp̄mere manū quantū ad cerimonialia. vel poteſt dici ꝙ in lege veteri nō ſic exp̄mitur generalis ꝓhibitio cuiuſlibet cōcupiſcentie ſicut fit in euāgelio. ideo dicitur lex manū comprimens. euangeliū vo vtrūqꝫ. ſcꝫ tam manū q̄ꝫ animū comp̄mit. Secūda ꝓpō eſt hec. Littera legis dicitur occidens. non qꝛ inſufficient̄ prohibuit. ſed quia non ſicut euangeliū grām ꝓhibuit. Hanc magiſter ponēs querit de qua littera intelligitur illud apoſtoli. Littera occidit. ſpūs viuificat. Et reſpōdet ꝙ intelligit̄ de littera decalogi vel legis veteris q̄ dicit̄ occidere. nō ideo ꝙ lex mala ſit. ſed dicitur occidere occaſionalit̄. qꝛ ponēdo mādata ſeu ꝓhibēdo peccata augebat concupiſcētiā ⁊ addebat p̄uaricationē precipiendo ea que nō poſſunt impleri ſine grā. q̄ tēpore legis veteris ſicut tēpore euangelij non abundabant. ideo litiera. i. eſt ipſa lex moſayca occaſionaliter occidere dicebatur. qꝛ ille eſt intellectus autoritatis apl'i. Tertia ꝓpō eſt hec. Lex moſayca multipliciter differt ab euangelica. Hanc magiſter inſinuans aſſerit triplicem differentiam legis antique ⁊ noue. quarum prima eſt ꝙ i ātiqua lege tantum promittebantur temporalia ⁊ terrena. In euangelio autem terrena ⁊ celeſtia. Secunda eſt quia ſacramenta veteris legis tantum ſignificabant gratiam. ſacramenta vero noue legis: ⁊ ſignificant ⁊ iuſtificant. ſcilicet conferendo gratiam. Tertia eſt ꝙ in veteri lege fuerunt quedam cerimonialia. ⁊ in noua non ſunt. licet precepta moralia ſunt eadem vtrobiqꝫ Et ſic imponit magiſter finem huic tertio libro.

Explicit liber tertius cōcluſionū ſententiaꝝ
Incipit liber quartus Diſt. p̄ma.

s

## Amaritan⁹

In precedētibus libris magiſter determinauit de rebus. Hic vero in hoc quarto determinat de ſignis ſacramentalib⁹. ⁊ diuiditur iſte liber in duas partes principaliter. Primo enim determinat de ſacramētis. Secūdo de reſurrectōe ⁊ d' gloria

reſurgẽtiũ. ⁊ hoc in ꝑncipio. xliij. diſtĩctõis:
q̃ incipit ibi (Poſtremo de cõditõe reſurrecti
onis) Prima pars adhuc diuiditur in duas
In pᵐa determinat de ſacramẽtis in generali
Secũdo ꝓſeq̃tur de ſacramentis in ſpãli. ⁊
hoc in ꝑncipio ſecũde diſtinctõis. ibi (Iã ad
ſacramẽta) In pᵐa igitur ꝑte q̃ eſt pᵐa di
ſtinctio hu⁹ quarti libri mgr̃ tria facit. Nam
pronũciatores vocãtur. qꝛ p̄cul auditoꝫ au-
res eoꝫ vox adimplet. Scd̕o officium. qꝛ ad
eos pertinet ꝓphetias ⁊ pſalmos legere ⁊
eadē ppl'is p̄dicare. Tertio ordinãdi modꝫ
in ordinatõe librũ diuinaꝫ lectionũ ab ep̃o
accipiunt cũ determiata forma vboꝫ. ſ. Acci
pe ⁊ eſto verbi dei plator hitur⁹ ſi fidelit̄ ad-
impleueris partē cũ his q̃ bñ verbũ dei ami
niſtrauerit. Quarto cõditõez. qꝛ q̃ ad hũc
ordinē aſſumitᷣ dꝫ ſciētia lr̃aꝫ eē inſtruct⁹: vt
diſtincte legat. ⁊ ſic poſſit auditorib⁹ p̄deſſe
Quinto inſtitutõez. qꝛ hoc officiũ xp̃s adim
pleuit q̃n legit illd̕ yſaie. Spũs dñi ſup me.
vt hētur Luce .vi. Sexto p p̄figurationē. qꝛ
figuratũ ⁊ nũciatũ eſt hoc officiũ in ꝓphetis
quib⁹ dꝛ. Clama ne ceſſes. quaſi tuba exalta
vocē tuaꝫ. Poſtea determiat de tertio ordie
ſ. exorciſtaꝫ de quib⁹ quiqꝫ determiat prio
nois rõnē. dicũtur enꝫ exorciſte q̃ſi adiuran
tes. Scd̕o offm̃ quia ad eos ptinet p exorciſ
mos ſuos demones ab obſeſſis fugare. Vñ
debēt mũdi eē q̃ ſpiritib⁹ immũdis imperãt
Tertio ordinãdi modũ. qꝛ libꝝ exorciſmoꝝ
in ordiatõne recipiũt ab ep̃is cũ determiata
forma vboꝫ. ſ. Accipite ⁊ hētote ptãtē impo
nēdi man⁹ ſup energuminos ⁊ cathecuminos
Quarto inſtitutõez. qꝛ dñs hoc officio vſus
eſt q̃n ſaliua oris ſui tetigit aures ⁊ linguaꝫ
ſurdi ⁊ muti. ⁊ demoniacos multos ſanauit
Quito figurã. qꝛ a ſalomõe videtur hic ordo
primit⁹ deſcēdiſſe qui quendã modũ exorci-
ſandi inuenit quo demones adiurati ab ob
ſeſſis pellebantur cordib⁹. Vñ ⁊ hoc officio
mãcipati exorciſte apud iudeos vocati ſunt.
Poſtea determiat de quarto ordie. ſ. accoli-
toꝫ de quo quiqꝫ determiat. Primo nomis
rõnē. dicũtur eni accoliti grece ceriforarij. la-
tine qꝛ ceras portãt ad ſignum letitie demõ-
ſtrãdũ ⁊ ad figurãdũ verũ lumē. ſ. xp̃z. Secũ
do officiũ. qꝛ ad eos ptinet luminaria porta
re ⁊ p̄parare: ac ſubdiaconis miſtrare i p̄pa-
tõe vrceoli. vini. ⁊ aq̃ p eucariſtia. Tertio or-
dinandi moduꝫ. qꝛ cãdelabrũ cũ cereo ⁊ vrce
olũ in ordiatõe accipiũt. Quarto inſtitutõez

qꝛ hoc officio xp̄s vſus fuit cū dixit. Ego ſuꝫ lux mūdi. Quīto figurā. qꝛ hui⁹ figura p̄ceſſit in veteri teſtamēto in his qui lucernas cādelabri cōtinebāt. Poſtea determiat de quīto ordine. ſ. ſubdiaconoꝝ. de quib⁹ quattuoꝛ determiat. Primo nominis ratione. dicūtur enīꝫ ſubdiacōi. qꝛ diaconoꝝ p̄cept[is] ſubiacēt. Hi figurati ſunt in veteri teſtamēto per nathaneos de quib⁹ dꝛ paraleñ eſdra ꝙ erāt miniſtri leuitaꝝ. Uñ nathanei dicuntur q̄ſi in hūilitate dn̄o ſeruiētes. qđ ſudiaconis cōuenit q̄ ſunt miſtri leuitaꝝ. Secūdo officiuꝫ. qꝛ calicē ⁊ pathenā portāt. ꝑpter qđ mūdiciā habere debēt vt impleant illud: mūdamini qui affertis vaſa dn̄i ſacerdotib⁹ et leuit[is]. miniſtrāt ⁊ ornamētoꝝ altaris ſpecialē curam habēt. Tertio ordināndi modū qꝛ patenaꝫ et vacuū calicē accipiūt ⁊ vrceoluꝫ cum aqua ⁊ manutergiū. Quarto inſtitutionē. qꝛ xp̄s h⁹ officio vſus eſt q̄n lintheo ſe p̄cīxit ⁊ mittēs aquā in pelnim pedes diſcipuloꝝ lauit ⁊ lintheo terſit. Poſtea determinat de ſexto ordine ſcꝫ dyaconoꝝ q̄ ſexto loco poniť: ad ꝑfectionē que in ei seſſe debet. de quib⁹ quinqꝫ determiat. Primo nomis rōneꝫ qꝛ de tribu leui nomen traxerūt. dicūtur enīꝫ leuite. Uñ in eis primo figurati fuerť. Dicunť enīꝫ grece dyacōi ⁊ miniſtri. Scđo officium. qꝛ ipſis ſacerdotib⁹ in ſacramētoꝝ diſpēſatōe aſſiſtūt ⁊ miniſtrāt. noui enīꝫ teſtamēti p̄dicādi hn̄t officiū. Similiter enī leuite qui leui humero ſtolā portant. qꝛ labores hui⁹ vite quā in leua portant ſicut in veteri teſtamēto huic ordini a Moyſe ſtatutū fuit que ad tabernaculū pertinebāt portare. Tertio conditionē inſtitutōis dyacōi vere elegerūt eligētes ſepteꝫ viros plēos ſpiritu ſancto. Unde ſeptē ſolēt eſſe in principalib⁹ eccleſijs q̄ etiā ꝑ ſepteꝫ angelos tuba canētes in apocalipſi ſignificātur. Quales aūt eſſe debeāt apoſtolus ad thimotheū docet. qui anteꝙ ordinētur probari debēt: vt ſic miniſtrent nullū crimen habentes. Quarto ordinandi modum quia in ordinatōe epiſcopus eis manuꝫ imponet. Nam ⁊ apoſtoli diacōib⁹ quos elegerunt a ratione p̄miſſa manus impoſuerunt. Ponit etiā ſtolaꝫ ſupra leuū humeruꝫ Accipiūt etiaꝫ dyacōi textū euangelij in ordinatōe. Quinto inſtitutionē. qꝛ chriſt⁹ hoc officio vſus eſt quādo ſacramentū ſui corporis ⁊ ſanguinis diſcipulis diſpēſauit. ⁊ quādo ap̄los dormientes ad orōnem incitauit.

Nā ad dyaconos pertinet p̄monere aures ad deū habere. Poſtea determinat de ſeptimo ordine ſcꝫ p̄ſbiteroꝝ. de quib⁹ ſex determinat. Primo enīꝫ nomīs rationē. Dicitur enim p̄ſbiteri ideſt ſeniores propter dignitatē ⁊ honorem quē acceperunt. Et quia moruꝫ prudētia ⁊ maturitate cōuerſationis in populo p̄cellere debēt. Dicūtur enim ſacerdotes vel quia ſacra dāt vel in ſacris ſūt duces. vel qꝛ ſcificāt. Antiſtites vero dicunť quia ante alios debēt ſtare. Scđo officium quia ad ſacerdotes pertinet ſacramentū corporis ⁊ ſanguinis cōficere. orationes dicere. ⁊ dona dei benedicere. Tertio ordināndi modū qꝛ in ordinatione eius manus inūgūtur pathenā cuꝫ hoſtijs calicē cū vino accipiunt. ⁊ ſtolā que tenet vtrūqꝫ latus: quia cōtra aduerſa ⁊ proſpera armis iuſticie debent eſſe induti ſiue muniti. Quarto figuraꝫ quia hic ordo in filijs Aaron fuit figurat⁹. ⁊ in. lxxij. diſcipulis quos xp̄s deſignauit: quoꝝ vices p̄ſbiteri in eccleſia tenēt: tamē inter ap̄los vn⁹ princeps extitit ſcꝫ petr⁹. cui⁹ ſucceſſoꝛ ē ſumm⁹ pōtifex qui etiā dicitur papa. i. pať patrū. Quīto cōditōeꝫ ap̄lus ad Thimotheuꝫ oſtēdit qual' debeat eligi p̄ſbiter. vbi p̄ſbiteꝝ noīe ep̄i deſignat. Sexto officiū. qꝛ xp̄s h⁹ officio vſus ē i ara cruc[is] q̄n ſe p̄ꝫ obtulit illō fuit ſacerdos ⁊ hoſtia q̄n p⁹ cenā paneꝫ ⁊ vinū in corp⁹ ⁊ ſanguinē ſuū mutauit. P⁹ea dicit. ꝙ ſoluꝫ duo ordines dicūtur ſacri. ſ. dyaconat⁹ ⁊ p̄ſbiterat⁹. ⁊ hos ſolos primitiua eccl'ia hūit. alios vero ꝑceſſu tp̄is eccleſia ſibi cōſtituit. Ex quo pꝫ ordinū dr̄a. qꝛ q̄dā ſunt ſacri q̄dā n̄. Dicit ꝙ ordo dꝛ illō ſacrū ꝑ qđ ſpāl' ptās tradiť ordiato. ⁊ hi ordines dicūtur ſacra qꝛ i eis ſacrꝫ ꝯferť ⁊ ſignificať. ſ. gra. Ex quo pꝫ ordinū q̄dā ꝯuenientia. qꝛ enī i oib⁹ hmōi gradib⁹ tradiť aliq ptās ſpūal'. ið nomē ordinis oib⁹ cōuenit. qꝛ etiaꝫ i oib⁹ cōferť ⁊ ſignificať ſacrꝫ. ið oēs dicūtur ſacri. Poſtea dic. ꝙ q̄dā ſť noia q̄ n̄ ordīeꝫ ſꝫ dignitatē vel officiū noiant: ſic ep̄i. pōtificeſ p̄triarche ⁊ archiep̄i. ⁊ metropolitani. Ep̄s enī aut pōtifex ē q̄ hꝫ alijs itēdere ⁊ p̄ncipari. qꝛ ep̄s dꝛ a ſcopyn grece qđ latie intēdere dꝛ. vñ etiā ep̄i grece dicūť latie ſpeclatores. Nā ſpeculatoꝛ ꝑpoſitus in eccl'ia in eo ꝙ ſpeculari dꝫ mores ⁊ vitā ppl'oꝝ ifra ſe pofitoruꝫ Pōtifex ē p̄riceps ſacerdotū q̄ſi via ſequētiū Ipſe enī ſummus ſacerdos nūcupať eo ꝙ ſacerdotes ⁊ leuitas efficit. Deinde dicit: ꝙ or-

do epiſcoporũ quadripartitus eſt ſcilʒ in pa-
triarchis archiepiſcopis. metropolitanis. et
epiſcopis. Patriarcha grece ſummꝰ patrum
interp̄tatur. qꝛ primũ. idest apoſtolicũ tenet
locũ vt Romanus Antheotenus Allexãdri
nus ⁊ ſic de alijs. Archiep̄s vero ſummꝰ eſt
ep̄oꝝ. Et dicitur ab archi qđ ē princeps me-
tropolitanus mēſura ciuitatũ: q̇bus preemi
net. Ibi nota ꝙ archiep̄oꝝ p̄mates ſup̄ius
ſignificaſſe videtur ⁊ metropolitanoꝝ noīe:
quos nũc archiep̄i dicimꝰ. Scđa ꝓpō eſt
hec. Que ſunt iſtoꝝ ordinũ officia clare pa-
tet ex iam p̄dictoꝝ ſentēcia. Hec patet ex pre-
miſſis vt ipamet exp̄mit ꝓpoſitio. Tertia
ꝓpō eſt hec. Miniſtri xp̄i maiores q̄ p̄ceel-
lunt ordines dignitate etiã p̄cellere debēt vi
te ſanctitate. Cuiꝰ rōem aſſerit vt plebs eis
cōmiſſa eoꝝ imitatione ſemꝑ proficiat. Ad
dit etiã huic vñ dicitur miſſa. qꝛ in ea mittit̄
hoſtia cuiꝰ cōmemoratio fit in ſacrificio: q̄a
miſſus celeſtis venit ad cōſecrandũ eã. Et
tantum in ſpeciali. Diſt. xxv.

# Ulet queri ſi he

Sup̄ius mgr̄ determiauit de ſa-
cramēto ordinis. Nũc conſequen
ter de hoc ſacramentũ cōferētibus ⁊ ſuſcipiē
tibus determiat. Et tria facit. Primo eni inq̄
rit an heretici ſacramentum ordinis poſſunt
cōferre ſeu dare. Scđo oñdit ſymoniacos fo
re q̄ dant pecuniã pro ordinibus ⁊ etiã q̄ ali-
q̄d ꝓ ordibꝰ p̄ſumũt accipe. Tertio quō igno
rãt ordinatũ a ſymoiaco debeamꝰ miſericor
dit̄ tollerare. Primũ facit vſq₃ ibi (Symon
acis vero) Scđm vſq₃ ibi (Differt ꝗ̄ inter
eos) Tertiũ vſq₃ ad finē diſtinctōis. In ſpe
ciali ſentētia mgr̄i ſtat in tribus ꝓpōibꝰ. qꝛ
p̄ma eſt hec. Aliq̄ dicũt ꝙ ſacramēta ab he-
reticis ſcđm formã eccleſie celebrata ſint ve-
ra ⁊ rata. Alij aũt ꝙ ſint falſa ⁊ reprobata.
Hanc mgr̄ inſinuãs q̄rit an heredici ab eccle
ſia preciſi poſſunt ſacros ordines cōferre. Et
vtrũ ordinati ab eis debēt reordinari. Et di-
cit hanc q̄ſtionē eſſe difficilē ⁊ ꝑplexã ꝓpter
diuerſitatē doctoꝝ opinãtiũ circa eã. quidã
eni dicũt hereticos nō poſſe ordinare ⁊ ordi-
natos ab eis nō eſſe in ſuis ordinibꝰ ſuſcipi-
endos. ſed tm̄ ad laycã cōmunionē. Grego
rius dicit arrianoꝝ cōſecrationē ſacrilegã eē.
Cyprianus dicit ſacramēta hereticorũ inania
⁊ ſacrilega eſſe. Hieronimus dicit q̄ offerunt̄
ab hereticis cōtaminata eſſe ⁊ deo odibilia.
Leo papa dicit nō eſſe rata ſacrificia extra ec
cleſiã nec vera. Poſtea ponit cōtrariã opini-
onē dicentiũ ab hereticis ordines tradi poſ-
ſe ⁊ ordinatos ab eis nō eſſe iteꝝ ordinãdos
qꝛ maxime Auguſtinꝰ dicere videtur ſicut ius
habet baptizandi. ita etiã ⁊ ordinandi. ſed
heretici tale ius habēt ad ſui pniciã. catholi-
ci vero ad ſalutē. Gregorius dicit ordinatũ
ſemel nunq̄ꝫ debere reordinari. Poſtea circa
hanc dubitatōem tangit diuerſam opinionē
Quidã eni dicũt hereticos ab eccleſia p̄ciſos
baptizandi ius habere no aũt ordinandi. et
autoritates q̄ in cōtrariũ ſunt debēt intelligi
de hereticis q̄ ſcđm ſentētiã eccleſie ſunt ab
eccleſia p̄ciſi. tales eni ius habēt baptizandi
Alij vero dicunt ꝙ ſacramenta ab hereticis
⁊ p̄ciſis collata ſi ſcđm formã eccleſie cōferã
tur vera eſſe ⁊ rata. Alij vero nequaq̄ꝫ. ⁊ ſcđꝫ
hanc drãm varie de hijs doctores loquũtur
Alij aũt dicũt ſacramēta ab hijs collata ve-
ra eſſe in ſe ſi forma eccleſie ſeruetur. ſ falſa eē
⁊ inania quo ad ſalutis effectũ dãnãda eſſe
dicũtur hereticoꝝ ſacramēta. qꝛ preſtãtibus
⁊ accipiētibꝰ ſunt in iudiciũ. ⁊ ſcđm hoc poſ-
ſunt intelligi vt dicũt autoritates ſupradicte
Alij vero dicũt hereticos in eccleſia ordina-
tos ius ordinãdi habere. eos vo q̄ i hereſi ne
quaq̄ꝫ. Poſtea dicit ſymoniacos eſſe heret-
cos. ⁊ añ degradationē ordines deferre poſ-
ſe. Scđa ꝓpo eſt hec. Pro collatione ſa-
croꝝ ordinũ dãtes ⁊ accipiētes pecuniam ſy
moniaci dicũtur. ⁊ ꝓ tali delicto ambo eadē
pena puniũtur. Hanc mgr̄ inſinuãs dicit. ꝙ
ſymoniaci ꝓprie dicuntur ēptores a ſymone
mago denoiati vēdētes gyeſite ſic dicti a ſer
uo eligei. tñ largo noīe vtriq₃ dicũtur ſymo-
niaci. Tertia ꝓpō eſt hec. Qui ignorãter a
ſymoniacis ordinãtur ipſoꝝ ſeruitiũ miſeri-
corditer tolleratur. Hãc mgr̄ ponēs dicit. ꝙ
ordinati a ſymoniacis ſciēter cōſecratōeꝫ irri
tam habēt. Qui vero ſunt ordinati ignorãt̄
poſſunt miſericorditer in ordine ſuſtineri. et
qꝛ poſſet aliquis dicere ꝙ nō emit ſpũale; vt
cōſecratōem ſed tp̄ale emit ſpũali annexũ:
vt res ipas que ex cōſecratōe ꝓueniũt. ⁊ ſic
nō eſt ſymoniacus. Ideo hoc remouet hic.
dicēs. ꝙ qñ aliqua duo ſunt cōiũcta vnum
ſine alio pōt emi vel vendi. Poſtea ponit tri
plicē diſtinctōem ſymoniace hereſis dicēs.
ꝙ quidã ſymoniaci ſymoniace a ſymoniacis

oꝛdinãtur. Quidã eni ſymoniaci ſymoniace
a nõ ſymoniacis oꝛdinãtur. ⁊ vterqꝫ iſtoꝝ
ſic oꝛdinatoꝝ ꝓpꝛium gradũ ꝑdit. Tertij ve
ro qui nõ ſymoniace a ſymoniacis oꝛdinant
poſſunt miſericoꝛditer tollerari dũmõ igno⸗
rant eos q̊ oꝛdinãt ſymoniacos eſſe. Addit
etiã ꝙ cũ dicitur oꝛdinatos ab hereticis vel
ſymoniacis eſſe dãnandos eſt intelligendũ
niſi aliquis violẽter ab eis oꝛdinaretur. Ulti
mo determinat de ſuſcipientibus oꝛdines ꝙ̄
tum ad etatẽ dicẽs ꝙ ſubdiaconus ante de⸗
cimũquartũ annũ. diaconus añ. xxv. annũ.
pꝛeſbiter añ. xxx. annũ oꝛdinari nõ debẽt. Et
tantum in ſpeciali. Diſt. xxvi.

## Um alia ſacra.

Supiꝰ mgr̄ determiauit de ſacra
mẽto oꝛdinis qδ ꝑtinet ad ſpũale
eccleſie multiplicatõem. Hic determinat de
matrimonio qδ ꝑtinet ad eiꝰ multiplicatõeꝫ
naturalẽ. Et diuiditur hic tractatus in quin
qꝫ ꝑtes. In ṗma determinat de matrimoĩo
in ſe. In ſc̄da de eius cã efficiente. In tertia
de eiꝰ fine. In quarta de eiꝰ bonis. In quin⸗
ta de eiꝰ cauſis materialibꝰ. ſcꝫ ꝑſonis cõtra
hentibꝰ. Pꝛia ꝑs durat a ṗncipio diſtĩctõis
iſtiꝰ vſqꝫ ad. xxvij. diſt. q̄ icipit (Poſt hec ad
uertẽdũ). Sc̄da vſqꝫ ad finẽ. xxx. diſt. qua⸗
ſi vbi dicit. Expoſito q̊ ſit efficiẽs. Tertia vſ
qꝫ ad. xxxi. diſt. q̄ incipit (Poſt hoc de bonis
cõiugij.) Quarta abide vſqꝫ ad. xxxiiij. diſt.
q̄ incipit. Nunc ſuꝑ ẽ attendere. Quinta eſt
vſqꝫ ad. xlij. diſt. q̄ incipit (Poſtremo de cõ
ditione reſurrectõis) In p̄nti diſt. tria facit.
Pꝛimo tẽpus ⁊ locũ inſtitutõis huius ſa⸗
cramenti demõſtrat. Sc̄do matrimoniũ cõ⸗
dẽnãtes repꝛobat. Tertio eiꝰ miſticã ſignifi⸗
cationem recitat. Pꝛimũ vſqꝫ ibi (Fuerunt
aũt nõnulli heretici) Sc̄m vſqꝫ ibi (Cum
ergo cõiugiũ.) Tertiũ vſqꝫ ad finẽ diſtĩctõis
In ſpãli ſen. mgr̄i ſtat in tri. ꝓpõibꝰ. qꝛ pꝛi
ma eſt hec. Cõiugij ſacramẽtũ fuit in paradi
ſo añ pc̄tm̄ ſolũ ad officiũ ṗmo inſtitutum.
ſecundario in remediũ. Hãc mgr̄ inſinuãs ꝓ
ponit ṗmo hoc ſacramẽtũ añ pc̄tm̄ inſtitutũ
fuiſſe. qñ Adã dixit. hoc nũc os ex oſſibꝰ. et
nihilominus poſt pc̄tũ inſtitutũ. ⁊ ſic duplex
eſt eiꝰ inſtitutio. Differt aũt ṗma a ſc̄da. qꝛ ṗ
ma facta eſt in paradiſo. ſecũda extra paradi
ſum. Itẽ ṗma facta eſt ad officiũ nature mł
tiplicande. ſecũda ad remediũ concupiſcẽtie
Itẽ ṗma fuit in p̄ceptũ neceſſitatis Secũda
fuit volũtaria tp̄e multiplicati generis hũani
⁊ eſt accipiẽda ſc̄dm indulgẽtiã. qñqꝫ pꝛo re
miſſione. qñqꝫ ꝓ cõceſſione. qñqꝫ ꝓ ꝑmiſſio
ne. Hic aũt ꝑ ꝑmiſſione accipitur. ꝑmittitur
aũt cõiugiũ nõ quaſi malũ. ſed quaſi minꝰ
bonum. Sc̄da ꝓpõ eſt hec. Heretici di⸗
cti taciani in hoc ꝑniciose errant. ꝙ nuptias
cõdẽnãt. Hãc mgr̄ ponẽs cõdẽnat errorẽ dã
nantiũ ⁊ deteſtantiũ nuptias. oñdens ꝙ bo
na res ſit matrimoniũ ꝑ hoc ꝙ xp̄s interfuit
nuptijs ⁊ ꝓcepit vxorẽ a viro ñ dimitti. Uñ
apl̄s ad Eph. ait. Uiri: diligite vxores vr̄ãs
ſicut ꝓpa coꝛpa veſtra. Tertia ꝓpõ ẽ hec.
Electoꝝ eccleſia nõ ſolũ iũgitur xp̄o ſpũalit̃
ſed etiã vere ⁊ coꝛꝑaliter. Hanc mgr̄ inſinu⸗
ans dicit ꝙ matrimoniũ eſt ſignũ cõiunctio
nis xp̄i ⁊ eccleſie in cõfoꝛmitate nature ⁊ ſi⸗
gnũ vnionis in caritate. Que duo matrimo⸗
niũ carnali copula cõſummatũ ꝑfecte ſignifi
cant. Et tantũ ꝑfectũ matrimoniũ in quo eſt
cõſenſus aĩoꝝ ſine carnali copula. Deficit tñ
ab hac ꝑfecta ſignificatõe licet quedã autoꝛi
tates videãtur dicere tale nõ foꝛe verũ ⁊ perfe
ctũ matrimoniũ. Matrimoniũ enim tale. ſcꝫ
vbi eſt tñ cõſenſus aĩoꝝ eſt ſignũ dilectõis
qua cõiuges inter ſe vniri debent. Auguſti.
eñi dicit plus valet ſc̄titas ſacramẽti ꝙ fecũ⸗
ditas ventris. Et tm̄ in ſpãli. Diſt. xxvij.

## Oſt hec aduer.

Supiꝰ mgr̄ determinauit de ſa⸗
cramẽto mr̄imonij ſc̄dm ſe quan
tũ ad eiꝰ inſtitutõeꝫ. Hic determĩat de eo ꝙ̄
tum ad eiꝰ cãm efficientẽ. Et tria facit. Pꝛi⸗
mo eñi q̊d ſit mr̄imoniũ diffinit. Sc̄do q̄lis
debeat eẽ cõſenſus mr̄imonij ſubdit Tertio
q̄ ſpõſalia cõiugiũ faciũt ſubiũgit. Pꝛimum
vſqꝫ ibi (Efficiẽs aũt cã mr̄imonij) Sc̄m
vſqꝫ ibi (De pactis nuptialibꝰ. Tertiũ vſqꝫ
ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia
mgr̄i ſtat in tribꝰ ꝓpõnibus. quarũ ṗma eſt
hec. Quicũqꝫ alicui per matrimoniũ legitie
copulatur ſine alterius conſenſu ab eo nõ ſe
paratur. Hanc magiſter ponens diffinit ma
trimonium. dicens ꝙ eſt viri ⁊ mulieris ma
ritalis coniunctio inter legitimas perſonas
indiuiduam vite conſuetudinem retinens.
Ad quã indiuiduam conſuetudineꝫ pertinet
mutua debiti redditio. Et ꝙ vnꝰ ſine altero
ꝯtinẽtiã vouere nõ põt nec ſe alteri alto viuẽte

copulare. Scḋa ꝓ ē hec. Cauſa efficiēs ma
trimonij eſt mutu⁹ cōſenſus ꝑ verba de p̄ñti
realiter expreſſus. Hanc mgr̄ ponēs dicit ꝙ
cā efficiēs matrimonij ē cōſenſus cordiū per
verba de p̄ñti expreſſus. aliter matrimoniu3
fieri nō pōt. Et hoc cōfirmat mgr̄ ꝑ multas
autoritates q̄ dicunt cōiugiū eſſe poſt talem
cōſenſum. etiā ſi carnalis copula nō ſequať.
Poſtea dicit quoſdā dicere añ carnalē copu
lā ſpōſalia eſſe. ⁊ nō cōiugiū ⁊ alias dici ſpō-
ſas ⁊ alias ɔiuges ſpōſas ⁊ ſi ɔiuges ꝙ dr̄a
ſit iter ſpōſos ⁊ cōiuges Ex hoc ꝓbat ꝙ ſpō
ſus inuita ſponſa pōt monaſteriū eligere. ⁊
ecōuerſo. cōiugatus vel cōiugata nō poteſt.
Autoritates tñ aliqñ vocant ſponſos cōiu-
ges. q2 futuri ſunt cōiuges. Tertia ꝓpō ē
hec. Si q̇s cū vidua contrahit per hoc biga-
miā nō incurrit. Hanc mgr̄ inſinuans diſtin
guit de ſponſalib⁹ dicēs. ꝙ ſponſalia de fu-
turo coniugiū nō faciūt. ſponſalia vero de p̄
ſenti coniugiū faciūt. qḋ ꝓbat ꝑ multa iura.
ſc3 ꝙ quedā ſunt ſpōſalia de futuro ⁊ quedā
de p̄ñti. ꝓbat etiā ꝙ iſta ſpōſalia differūt. q2
poſt ſpōſalia de futuro. li3 ſpōſos ad ſacros
ordines aſcendere: nō aūt poſt ſpōſalia de p̄
ſenti. Et tm̄ in ſpāli. Diſt. xxviij.

# Jc queri debet

Poſtq̄ oñſum eſt ꝙ cōſenſus ē
cauſa efficiēs matrimonij Hic ve
ro oñdit qualis debeat eſſe cōſenſus q̇ ma-
trimoniū facit. Et tria facit. Primo inquirit
vtrū cōſenſus de futuro iuramēto cōfirmat⁹
verū facit matrimoniū. Scḋo ſubdit q̇d pa-
rentū traditio ⁊ ſacerdotū bñdictio faciūt ad
matrimoniū. Tertio ſubiungit quō verbis q̇
bus cōtrahitur matrimoniū nō exp̄mit con
ſenſus copule carnal'. Primū facit a p̄ncipio
diſtinctōis vſq3 ibi (Premiſſe aūt ſentētie)
Scḋm vſq3 ibi (Hic q̄ritur cum cōſenſus.)
Tertiū vero vſq3 ad finē diſtinctōis. In ſpe
ciali ſentētia mgr̄i ſtat in trib⁹ ꝓpōib⁹. quaꝝ
p̄ma eſt hec. Nō tenet matrimoniū qḋ ꝑ cō-
ſenſum de futuro cōtrahitur. licet fuerit etia3
iuramēto ſtabilitū. Hanc mgr̄ inſinuās q̄rit
p̄mo. vtrū cōſenſus de futuro firmatus iura
mēto faciat verū matrimoniū: ⁊ oñdit p̄mo
ꝙ nō. q2 ꝑ talia v̉ba ɔmittiť futur⁹ ɔſenſus
nō p̄ñs exhibeť ⁊ ꝑ iuramētū nihil aliud fit
q̄ ɔfirmatio ꝓmiſſiōis ſup ɔtracto faciēdo.
vñ ſi alr̄ vel vtq3 ſic ꝓnitētiū ad aliā copulā
trāſierit cōiugiū ver̄ fit. ⁊ nō pōt diſſolui. nec
ꝑ p̄cedentē ſpōſionē ip̄ediť. Poſtea obijcit
in cōtrariū hui⁹ ꝑ quādā legem. Et r̄ndet ꝙ
lex illa loq̇tur de iuramēto adhibito v̉bis ḋ
p̄ñti. vel lex dicit p⁹ iuramētū de futuro ma-
trimoniū fieri debere nō añ fore. Scḋa ꝓ
poſitio ē hec. Parētū traditio ⁊ ſacerdotū bñ
dictio ad iſti⁹ ſacramēti ꝑtinēt ſolēnitatē. li3
cōſenſus mutu⁹ ad ip̄ius ꝑtinet realitatem.
Hāc mgr̄ inſinuās dicit. ꝙ q2 ſupradictū eſt
in p̄cedēti diſtinctōe. ꝙ ſolus cōſenſus facit
matrimoniū. Obijcit in cōtrariū. dicēdo ma
trimoniū nō eſſe: ſi nō interueniat dos ⁊ bñ-
dictio ⁊ ſolēnis traditio. Et r̄ndet mgr̄ ꝙ ta
lia ſūt ḋ honeſtate ⁊ ſolēnitate ſacr̄ti. e contr̄⁹
eni ɔſenſus ꝑ v̉ba de p̄ñti exp̄ſſus facit mr̄i-
moniū: q̄uis tñ eccleſia talē cōſenſum in iu-
dicio nō ꝓſequatur. Tertia ꝓpō ē. Illis v̉-
bis q̇bus matrimoniū cōtrahitur cōſenſus
copule carnalis ⁊ cōiugalis nō exp̄miť. Hāc
mgr̄ inſinuās q̄rit. in q̇d debeat eſſe ɔſenſus
faciēs matrimoniū. an in cohabitatōm. ſi ſic
tunc frater ⁊ ſoror eſſent cōiuges. ſi v̉o in car
nalē copulā. tūc inter beatā virginē ⁊ ioſeph
nō fuiſſet matrimoniū ſeu cōiugiū. Et r̄ndet
dicēs ꝙ conſenſus ille debeat eſſe in cōiuga
lē ſocietatē. in cui⁹ ſocietatis ſignū mulier nō de
capite nec de pedib⁹ ſed de latere viri forma-
ta fuit. Et tm̄ in ſpeciali. Diſt. xxix.

# Portet autem.

Sup̄ius mgr̄ determinauit de cā
effic. ēte. Hic aūt determinat de
ip̄edimētis cauſe efficiētis. Et circa hoc duo
facit. Primo eni ponit aliq̇d qḋ ip̄edit cōſen
ſum ne matrimoniū facere poſſit. Scḋo po-
nit ſecūdū ip̄edimentū cuiuſmodi eſt error. ſ.
i ſequēti diſtictōe. In ſpāli ſen. magr̄i ſtat in
hac ꝓpoſitione. Coniugalis ɔſenſus opor-
tet ꝙ nō ſit coactus ſed voluntarius. Hanc
magr̄ inſinuās ꝓponit p̄mo ꝙ cōſenſus per
coactionē exortus non facit matrimoniū. q2
nec cōſenſus appellari debet. qḋ autoritati-
bus cōfirmat. Poſtea dicit ꝙ ſi poſt talē co
actōem ſubſequēs cōſenſus interuenerit vt-
pote ſi ſimul cohabitent. ⁊ cōtra matrimoni
um nō reclamāt. videtur cōſentire ⁊ conſen-
ſus ille ſubſequēs ſupplet qḋ precedēs coac
tio tulerat. Vñ patet correlarie ꝙ q̇ in p̄nci-
pio vite cōiungūtur ſi nō diſcedūt oportunita
te habita cōſentire videntur. Et iterū queri-

admodū in nuptijs: ita in ſponſalib⁹ debet eſſe cõſenſus volūtari⁹. Ultīo dicit ꝙ ille dʒ ꝯſentire q̄ maīfeſte ⁊ euidēter nō cõtradicit. ⁊ talis tacit⁹ cõſenſus nō ſolum matrimoniū ſʒ etiā ſpōſalia p̄ora cõfirmat. Et tm̄ in ſpāli

Diſt. xxx.

## Ex ſolūco actio

Sup:us determīauit de īpedimē to coactōis. Hic determīat de īpedimēto erroris. Et tria facit. Pīo enī determinat de īpedimēto erroris. Scd̄o determinat de matrimoīo btē virginis. Tertio quō p̄ncipalis ei⁹ cā ſit p̄creatio ꝓlis. Primū vſq̄ ibi (Premiſſis aliq̄d) Scd̄m abinde vſq̄ ibi (Eſt igitur finalis. Tertiū vſq̄ ad finē diſtinctōis. In ſpe. ſen. in. ſt. in tri. ꝓpōib⁹. q̄r p̄ma ē hec. In matrimoīo cõtrahendo q̄tuor errores poſſunt cõtingere. quoꝝ duo dinoſcūtur ipm̄ ſoluere. Hāc mgr̄ ponēs ꝓponit p̄mo ꝙ error pōt diſſoluere mr̄imonium nō q̄dē error q̄litatis vel fortune. ſʒ error cōditōis: vt qn̄ putatur eſſe liber q̄ ſeru⁹ eſt. Similiter error ꝑſone īpedit matrimoniū. ſicut ſi petit hāc mulierē ſcʒ nobilē in mr̄imoniū. ⁊ detur ſibi alia ſcʒ ignobilis. ſicut etiā ſi aliq̄s emat auꝝ ⁊ detur ſibi auri. taliū nō ē venditio. ſed deceptio. ⁊ eſt error ꝑſone: qn̄ putatur hic hō ⁊ eſt alius. Error aūt cōditōis eſt qn̄ q̄ liber creditur ſeru⁹ eſt. Error fortune ē qn̄ credit̄ diues eē q̄ paup̄ eſt. Error qualitatis ē qn̄ creditur pulcher q̄ turpis eſt. vel qn̄ creditur bon⁹ qui ē malus. Poſtea obijcit in cõtrariū de Jacob q̄ ꝑ errorē acceſſit ad Lyam. Et rn̄det ꝙ hoc miſtice geſtū fuit. nec fuit illud mr̄imoniū ꝑ illū errorē. ſed ꝑ cõſenſū q̄ poſtea acceſſit. Excuſatur tn̄ Jacob de fornicatōe. q̄ȝ ad eā acceſſit vxorē ſuā credēs. ⁊ ſic maritali affectu eā cōgnouit: ⁊ illa vxorio affectu debitū ꝑſoluit: ſicut aliq̄s excuſaret̄ accedēs ad ſororē vxoris quā in loco neſciēs inuenerit. Et ſicut excuſaretur aliq̄s accedēs angelū malū credēs bonū eſſe. ⁊ ſicut cõſentiēs opinioni illius quē crederet Auguſtinū: vel Ambroſiū eſſe nō peccaret. Scd̄a propō eſt hec. Et ſi īter Mariam ⁊ Joſeph ꝑfectū cōiugiū fuerit. tn̄ Maria licite in ſua virginitate ꝑmanere ꝓpoſuit. Hāc mgr̄ inſinuans q̄rit in quo ꝯſenſerūt Maria ⁊ Joſeph qn̄ fuit inter eos matrimoniū celebratuꝫ. Et rn̄det ſcd̄m btm̄ Aug. ꝙ btā virgo ꝓpoſuit ſeruare virginitatē niſi de⁹ ei aliť reuelaret. ſʒ ipm̄ votū nō expſſit ore. cōmittēs virginitatē ſuā diuine diſpōſioni cõſenſit in copulam maritalē. ſiue ī ſocietatē ꝯiugalē ex familiari cõſilio ſpūſſancti. Et iā ſcd̄m beatū Auguſtinū īplicite. ſʒ nō explicite cõſenſit in carnalē copulā. nō illā appetēdo. ſʒ diuīe diſpoſitōni in vtroq̄ʒ. ſcʒ virginitate ⁊ cōmixtōe obediendo. Poſtea ſimul cū viro expſſit labijs votū ⁊ vtrq̄ʒ in virginitate ꝑmāſit. Poſtea dicit ꝙ illud cōiugiū ꝑfectū ſit ſc̄ritate. ſʒ nō ſignificatōe. q̄ȝ cōiugiū q̄d eſt ſine carnali copula ꝯiugiis ſit ꝑfectū quantū ad veritatē. ſanctū ꝙtum ad ſanctitatē cōiugij. nō tn̄ quantū ad ſignificationē. q̄ȝ nō tā ꝑfectā ſignificat vnionē xpī ⁊ eccleſie ſicut cōiugiū ꝑ carnalem copulā cõſummatū. ⁊ ꝙ illud cōiugiū ꝑfectū fuit oñdit ꝑ tria bona matrimonij q̄ ibi fuerunt. ſcʒ fides ꝓles ⁊ ſacramentum. Proles enī fuit xp̄us. Fides q̄ȝ nullū adulteriū. Sacramentū q̄ȝ nullū diuortiū. Tertia ꝓpō ē hec. Pīcipalis cauſa cõtrahendi matrimoniū eſt ꝓlis ꝓcreatio. Scd̄a eſt fornicatiōis vitatio. Sūt etiā quedā alie cauſe minus honeſte. vt pulchritudo viri vel mulieris. vel abūdātia pecunie diuitiaꝝ. Sūt etiā quedaꝫ alie honeſte cauſe. ſicut inimicoꝝ recōciliatō ⁊ pacis reintegratio. ⁊ hm̄ōi. Poſtea remouet errorē quorūdam. dicentiū ꝓpter cauſaꝫ min⁹ honeſtā matrimoniū nō cõtrahi. dicēdo ꝙ ꝓpt̄ hm̄ōi cauſas nō īpedit̄. qui ſit matrimoniū. ⁊ qui etiā ſit bonū matrimoniū. q̄ȝ malicia vel ꝑuerſa intentio alicui⁹ nō ꝯmaculat ſacramentū. nec ei⁹ bonitatē īpedit. q̄d autoritatib⁹ cõfirmat. Ultīo dicit ꝙ intēr̄o beate virginis Marie ⁊ Joſeph ſunt quedā cauſe ſpāles. Prima fuit vt virgo viri ſolacio ⁊ auxilio ſuſtētaretur. Scd̄a fuit vt part⁹ virginis diabolo celaretur. Tertia fuit vt Joſeph fuit teſtis caſtitatis btē virginis ⁊ poſſit defendere eā ab infamia ſuſpitōnis. ne vt adulťa lapidaret̄. Et tm̄ ī ſpāli.

Di. xxxi.

## Vlt hec de bo.

Supius mgr̄ determīauit de cā efficiente ⁊ finali matrimonij que ipſʒ cõſtituūt. Hic vero determinat de bonis mr̄imonij q̄ ſūt cauſe honeſtātes mr̄imonij actū. Et tria facit. Primo enim bona matrimonij enumerat. Scd̄o aborſum ꝓcuſātes ſiue homicidas determīat. Tertio bonuꝫ

matrimonij coytū a pctō excuſare declarat. Primū facit vſqꝫ ibi (Qui vero venena ſterilitatis) Scdʒ vſqꝫ ibi (Cū igit hec tria bona) Tertiū vſqꝫ ad finē diſtīctōis. In ſpāli ſen. mgrī ſtat in tribus ppōibꝫ. quarū pma eſt hec. In mrīmonio cōiter triplex bonū eſt. ſcʒ fides ples ꝛ ſacramentū. Hāc magr īſinuās inducit tria eſſe bona matrimonij. ſcʒ fides ples ꝛ ſacramētū. Ad fidē aūt ptinet vt vir ad aliā mulierē nō accedat: nec mulier alium virū admittat. Ad plē aūt vt amāter ſuſcipiaꝶ ꝛ religioſe educeꝶ. Ad ſacrm vo vt ꝯiugiū nō ſepeꝶ. Aliqñ aūt ſeparatur corporalr ex aliqua cā. nō tñ ſacramētaliter p totā hāc vitā qd autoritatibꝫ ꝯfirmat. Addit etiā ꝙ ſacramentū qd eſt tertiū mrīmonij bonū nō ē ipm cōiugiū: ſed eiuſdē rei ſignū cuius eſt cōiugium. ſcʒ ſpūalis ꝛ inſeparabilis xpi coniunctio ꝛ eccleſie. Poſtea dicit ꝙ bonū plis ꝛ bonū fidei aliqñ in matrimonio deficiunt nunꝙ tñ deficit. bonū qd eſt ſacramentum. Poſtea dicit ꝙ illi q̄ cōtrahūt ad inuicē incōtinētie cā dūmō tñ ſit ppetuꝫ cōtractus ꝛ non vitetur generatio plis verū matrimoniū cōtrahūt. Illi vero q̄ venenū ſterilitatis pcurant vel ſimilia mala: veri cōiuges nō ſunt.

Scda ppō eſt hec Qui venena ſterilitatꝭ apponūt nō cōiuges: ſed potꝫ fornicarij exiſtunt. ꝛ ſi poſt infuſionē aīe abortiū procurent ſe eſſe homicidas nō dubitāt. Hanc magiſter inſinuās querit. vtrū illi q̄ aborſū procurēt ſint homicide. Et rñdet ꝙ ſic ſi principiū eſt formatū ꝛ aīatū aliter nō. Tertia ppō eſt. Tria bona federis cōiugalis ſic ordināt vt nō ſit ibi culpa mortalis. Hanc mgr ponēs dicit ꝙ tria pdicta bona matrimonij ſic ordināt imo excuſant actū matrimonij vt peccatū nō ſit. vel qñ fide thori ſeruata coniuges cōueniūt cā plis vel vt mortale non ſit vt qñ fide ſeruata conueniūt in cōtinentie cauſa. Ultimo obijcit in cōtrariū tripliciter. Primo p aplm q̄ actū cōiugalē ſcdm indulgentiā cōcedit dicēs. hec aūt dico ſcdm idulgentiā. ſed indulgētia vel venia non eſt niſi peccati. ergo a culpa nō excuſatur maritalis cōcubitus: p qd etiā quidā pbant ipm eſſe peccatū. Et rñdet mgr diſtinguēdo de idulgentia eſt enī indulgentia cōceſſionis ꝛ permiſſionis. Cōcubitus ergo cōiugalis q̄ fit cā prolis indulgetur ſcdʒ cōceſſionē ſicut maiꝫ bonū. ſed cōcubitus q̄ fit cauſa icōtinētie indulgetur ſcdm pmiſſionē ſicut minus malū excuſatur. tñ hmōi actus cōiugalis p matrimonij bona dūmō tñ ſit infra limites matrimonij. Sed ſi excedat limites nō excuſatur qd multis autoritatibꝫ declarat. Scdo opponit p hoc ꝙ oīs cōcupiſcētia ꝛ delectatio que ſunt in coytu mala ſunt ꝛ inordinata. ꝛ ita ſunt peccatū. Et rñdet illā cōcupiſcentiā ſemp eſſe malā ꝛ inordinatā inordinatione penali que eſt pena peccati. nō tñ eſt ſemper inordinata inordinatōe culpabili. qꝛ nō ſep ē pctm. illa ergo delectatio coytus cōiugalis p bona matrimonij defenditur. niſi ſit imoderata ꝛ vltra cōiugij termīos ſe extendens Tertio obijcit p autoritatē bti Gregorij qui dicit ꝙ poſt acceſſum ad vxorē debet huiuſmodi ab ingreſſu eccleſie abſtinere. qꝛ voluptas ipa que eſt in cōmixtōne carnali ſine culpa nō eſt. Et rñdet ꝙ hoc intelligēdū eſt qñ ad vxorē accedit incōtinentie cauſa. vel quia vir ſine incontinentia acceditur. Et tantum in ſpeciali.

Diſt. xxxij.

# Quod vero ſine

Superius mgr determinauit de bonis matrimonij quibus actus matrimonialis excuſatur. Hic determīat de ipo actu ſcdm ꝙ accipit rationem debiti. Et tria facit. Primo enī pponit quō vir ꝛ mulier in ſoluēdo ꝛ petēdo coniugij debituʒ par habeāt dñium. Scdo oñdit quō reddere cōiugale debitū nullius ſit criminis Tertio ſubiūgit quō nō quolibet die nec vir nec mulier licite pōt petere. Primū ꝛ ſcdm a pncipio diſtinctōis vſqꝫ ibi (Et licet debitū poſcēti.) Tertiū vero vſqꝫ ad finē diſtinctōis. In ſpeciali ſentētia mgrī ſtat in tribꝫ ppōibꝫ. quarum pma eſt hec. In ſoluēdo ꝛ reddēdo carnis debitum vir ꝛ vxor habēt par dominiū. Hanc magiſter inſinuās proponit. primo ꝙ cum vir in omnibꝫ preſit mulieri ſicut caput corpori: in redditione tamē debiti pares ſūt quia alter habet alterius corporis poteſtatem vt alteri poſcēti nō lʒ alteri debitū denegare ſiue poſcat cauſa prolis procreande ſiue incontinentie cauſa: quod autoritatibus confirmat. vbi etiam dicit ꝙ ſi habet alter alterius corporis poteſtatem. ꝙ nec mulier ad alium virum. nec vir ad aliam mulierem poteſtatem habet accedendi. ita nec ad continendū ſui corporis habet poteſtatem: niſi

mutuo cõſenſu. Secũda ꝓpõ eſt hec. Li-
cet nullius criminis ſit reddere debitũ cõiuga-
le· tñ exigere vltra generandi neceſſitatez eſt
delictũ veniale· fornicari vero aut mechari ē
mortale. Hãc mgr̃ inſinuãs ſubdit ꝙ redde-
re cõiugale debitũ nullius eſt criminis. exigere
vero vltra generẽdi neceſſitatẽ venialis ē cul
pe. ſꝫ fornicari aut mechari puniẽdi ē criminis.
Poſtea ꝓbat pluribus autoritatibꝰ ꝙ cõiu
ges ne fraudentur ad inuicẽ carnale debituꝫ
ſine cõſenſu cõmuni tenere non poſſunt. qḋ
ſupra ſuppoſuerat. Poſtea q̃rit ſi vir vxori cõ
ſentiat: vt cõtinentiã deo offerat ⁊ a ſuo iu-
re cã abſoluat. vtrũ poſſit licentiam datam
reuocare. Et r̃ndit ꝙ ſi cũ in hoc caſu ſi ei cõſẽſ
ſerat vouere cõtinentiam ⁊ votum ꝓhiberet
hoc iplere. hoc bene põt ſi maũt poſt reuoca-
re nõ põt. Tertia ꝓpõ eſt hec. Nullꝰ in ma
trimonio licite põt debitũ carnis quolibet
die exigere ſeu poſcere. Hãc mgr̃ inſinuãs dic
ꝙ licet debitũ poſcenti ſit ꝑſoluendũ. nõ tñ
licet quolibet die exigere ſeu poſcere ſicut in
diebus feſtiuis ſiue ꝓceſſionis ⁊ ieiunioꝝ qḋ
autoritatibus cõfirmat. Poſtea oñdit ꝙ be
atus Hiero. vult qḋ reddere debitũ ſit q̃nq3
peccatũ qḋ eſt cõtra ꝑdicta. Dicit eniꝫ btũs
Hieronimꝰ ꝙ q̇ vxori debitũ reddit non põt
orõibꝰ vacare. hec ſunt carnes agni. i. eukari-
ſtiã. dicẽ etiã ꝙ ñ ē ſp̄ reddẽdũ ḋbitũ vt i die
bꝰ q̇bꝰ orõibꝰ vacãdũ vel eukariſtia ſumẽda
Et r̃ndet ꝙ dictũ Hieronimi referendum eſt
ad eccleſie miſtros quibus nõ licet ſacramẽ
ta offerre vel miſteria celebrare tp̄e cõiuga-
lis amplexus. Ultimo dicit ꝙ ſicut in carna-
li cõmixtione ſic ⁊ in celebrãdis nuptijs ſũt
tp̄a obſeruanda. qꝛ nõ quibuſcũq3 tẽporibꝰ
ſunt nuptie celebrande. Tp̄a quibꝰ nõ ſunt
nuptie celebrande ſunt a ſeptuageſima vſq3
ad octauã paſche. ⁊ tribus ſeptimanis ante
feſtũ iohis baptiſte· ⁊ ab aduẽtu dñi vſq3 pꝰ
epiphaniã. qḋ ſi factũ fuerit ſeparentur. vt di
cit mgr̃. Et tñ ſpãli. Diſt. xxxij

## Veritur hic de.

Supius mgr̃ determĩauit de bo
nis matrimonij. Hic aũt determi
nat quõ hec bona fuerũt in matrimonijs an
tiquoꝝ patrũ. Et tria facit. Primo eni anti-
quis patribus fore cõceſſum plures habere
vxores declarat. Scḋo cõtinentiã abrae cõ-
tinẽtie iohis cõꝑat. Tertio tp̄e euãgelij vir-
ginitatem precellere fecũditatẽ inſinuat. Pri
mũ facit vſq3 ibi (Qḋ vero caſtitas) Scḋm
vſq3 ibi (Melior eſt aũt virginitas) Tertiũ
vero vſq3 ad finẽ diſtinctõis. In ſpãli ſentẽ
tia mgr̃ ſtat in tribus ꝓpõibus. quaꝝ ꝑma eſt
hec. Et diuina permiſſione antiqui patres
plures habuerũt vxores nõ explctõe carna-
lis voluptatis. ſed qꝛ ſucceſſione ſanguinis
erat ſucceſſio religionis ⁊ fidelitatis. Hãc m.
inſinuãs querit. vtrũ antiqui patres ſine pec
cato plures vxores vel cõcubinas habuerũt
Et r̃ndens ꝑmittit ꝙ ſcḋm diuerſitatẽ tẽpo
rum varia fuit dei diſpoſitio. Añ peccatum
enim inter duos tñ fuit cõiugium inchoatũ
ſcḋm quã inchoatõis modũ. ſi ꝑmi parẽtes
in obedientia ꝑſtetiſſent per tp̄is ſucceſſionẽ
inter duos tñ fuiſſet matrimonialis cõtrac-
tus. Poſt peccñ ꝑmis parentibus adinuicẽ
conuenientibus ⁊ ꝓlem procreantibus filij
eoꝝ ⁊ filie coniũcti ſunt. ſed vnus tñ vni: et
fratres ſororibus copulati ſunt. qꝛ nõ erant
alie mulieres ⁊ viri quibus filij Ade ⁊ filie cõ
iungerẽtur. Lamech aũt ꝑmus oim legitur
duas vxores habuiſſe. qḋ in eo reprehendit.
ideo qꝛ ꝓ expletõe carnalis voluptatis hoc
fecerit. ꝓceſſu vero tẽporis cum iam quaſi
oẽs hoĩes deũ colerent paucis in cultu dei re
manentibꝰ diuina diſpẽſatõe cõſultũ eſt. vt
viri poſſent ſibi plures vxores in matrimoni
um copulare: ne cultus vel noticia dei defice
ret illis paucis deficientibus: ſicut patet in
Abraã ⁊ Jacob. vñ ⁊ ex lege maledicta erat
ſterilis q̃ non relinq̃bat ſup terrã. Scḋa ꝓ-
poſitio eſt hec. Cõtinentiã quã Johes habu
it actu hanc Abrahaam potuit ſeruare ſolo
habitu. Hãc mgr̃ inſinuãs dicit in cõmenda
tionẽ cõiugij antiquoꝝ patrũ: ꝙ virginalis
caſtitas nõ ꝑfertur in meritũ antiquoꝝ patrũ
ꝯiugali caſtitati qḋ autoritate Aug. determi
nat dicentis. Sicut nõ eſt ipar meritũ conti
nentie in Johãne q̇ nullas expertus eſt nup
tias. ⁊ i Abraã qui filios genuit Nam illius
celibatus ⁊ iſtius cõnubium ꝓ tp̄is diſtribu
tõe xp̄o militauerũt. ſꝫ cõtinẽtiã Johes i op̄e
Abraã in ſolo habitu hẽbat. Poſtea obijcit
ꝙ antiq̇ pr̃es habẽtes plures vxores nõ vi-
dentur feciſſe fidẽ thori. Et r̃ndens dicit. ꝙ
fidem thori ſeruabant qui proprijs tantum
vxoribus vel ancillis. et non alijs mulieri-
bus coniungebantur. ſꝫ ſic patet que fuerit
ante legem Matrimonij conſuetudo. ⁊ ꝙ

in matrimonio antiquorum patrum fuerūt p-
determinata matrimonij bona. Poſtea de-
terminat de matrimonio tēpe legis dicens.
ꝙ tpe Moyſi fuit matrimoniū determina-
tum. ⁊ q̄tum ad legitimarum perſonarum
determinatōnem. quia non licebat copula-
re carnaliter patri vel ſorori vel nouerce: vel
nepti amice ⁊ matertere: et quibuſdā alijs
perſonis. Et etiam q̄tum ad ſepatōnem: qꝛ
pmiſit Moyſes dato libello repudij diuor
tium fieri et aliam ducere. in quo quidē libel
lo vir ſcripſit cauſas pꝑter quas repudiabat
vxorem. quod pꝑter duritiam cordis eorū
permiſſum eſt vt magis malum. ſ. homicidi
um tolleretur. Poſtea querit quibus licꝫ ſb
lege habere plures vxores et quibus nō. Et
reſpondet. ꝙ multiplicatio generaliter ē pꝛo
hibita. pmiſſum eſt tamen regi plures habe
re vxores ſed non multiplicare. id eſt pluri-
mas habere. quia talis m̄ltiplicatō propter
carnales actus mentē eneruat et allicit. Ad
dit etiam ꝙ adueniente tempe plenitudinis
iuxta priorem et honeſtiorem inſtitutōnem
vnus tm̄ vni cōiungitur in figura chriſti et
eccleſie. Tertia pꝑpoſitio eſt hec. In hoc
quidem tempe virginitas fecunditate pcel-
litur et continentia ſacerdotibus inducitur.
Hanc magiſter inſinuans dicit. ꝙ hoc tēpo-
re virginitas fecunditate pcellitur et cōtinē
tia ipis pſbyteris precipitur: cum tamen in
lege fecunditas virginitate preferre et ſacer
dotibus ꝯiugia indicere inducitur. Ultimo
dicit. ꝙ virginitas mentis melior eſt et cō-
mendabilior q̄ virginitas carnis. quod au
toritatibus cōfirmat. Et tm̄ in ſpāli.

Diſt. xxxiiij.

## Hunc ſupereſt.

Superius magiſter determiā-
uit de mr̄imonio q̄tuꝫ ad eiꝰ in
ſtitutōeꝫ: ſignificatōꝫ. ⁊ q̄tū ad eiꝰ cām effi
cientem et finalem. et q̄tum ad eius bona.
Hic determinat de eo q̄tum ad cauſam ma
terialem. ⁊ q̄tum ad perſonas contrahētes
Et tria facit. Primo em̄ determinat que per
ſone ſunt legittime ad contrahenduꝫ matri
monium. Secundo oſtendit. ꝙ quandoqꝫ
matrimoniū propter frigiditatem: maxime
ad inſtantiam vnius ſit ſoluendum. Tertio
quomodo furioſi duꝫ ſunt in amentia actu-
ali contrahere nequeunt. Primum facit vſ-
qꝫ ibi (De his enim qui cauſa frigiditatis)
Secundum vſqꝫ ibi (Furioſi quoqꝫ.) Ter-
tium vero vſqꝫ ad finem diſtinctionis. In
ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in tribus pro
poſitōnibus. Quarum prima eſt hec. Que-
dam perſone ad contrahendum matrimoni
um ſunt plene legittime. quedaꝫ omnino le
gittime. ⁊ quedaꝫ in medio conſtitute. Hāc
magiſter inſinuans pꝑponit primo ꝙ ad ma
trimoniū contrahendum alique perſone fu-
erunt legittime ante legeꝫ. alie ſub lege. alie
tempe gratie. quedam etiam perſone in pri
mitiua eccleſia erāt legittime que modo nō
ſunt. Illarum vo que modo ſunt legittime
vel illegittime quedam ſunt plene legittime
vt ille quibus aliquod impedimētum non
obuiat. quedaꝫ vo ſunt omnino illegittime
vt ille quibus obuiat ordo ſacerdotalis vel
cognatio vel diſparitas cultus. quedā ſunt
medie: que nec plene legittime nec omni-
no illegitime ſūt. vt ille q̄bus obuiat frigidi
tas vel cognatio. tales enim ſi ignorāter cō-
iunguntur permanere poſſunt. ⁊ eiſdem de-
ficientibus diuidi poſſunt. Secunda pꝛo
poſitio eſt hec. Propter frigiditatē maximā
cōiugium ſeparatur: ⁊ vir alteri nunq̄ con-
iungatur. Hanc magiſter ponens dicit. ꝙ il
li qui cauſa frigiditatis debitum reddere nō
poſſunt: poſſunt ſic permanere ſi volunt. ſi
autem mulier cauſetur ſeu conqueratur di-
cēs. ꝙ vult eſſe mater ⁊ filios procreare. de-
cretum eſt ꝙ vterqꝫ coniugum ſeptima ma-
nu pꝑpinquorū iuret ꝙ nunq̄ carnaliter cō
uenerunt. ⁊ hoc ita fieri debet. Primo vir ⁊
mulier iurabunt ꝙ nunq̄ carnaliter conue-
nerunt. ⁊ tunc ſeptem de pꝑpinquis qui me-
lius poſſunt ſcire veritatem per ſigna pꝛoba-
bilia iurent ꝙ credunt eos verum dixiſſe. et
tunc mulier ſecundas nuptias ꝯtrahere po
teſt. Uir autem qui eſt frigide nature abſqꝫ
ſpe coniugij manere debet. Si enim ille ali-
am vxorem duceret: cogendus eſſet ille re-
dire ad priorem. Quando autem impedimē
tum ex vtraqꝫ parte prouenit: vterqꝫ debet
remanere innuptus. Hic igitur modus ſer-
uandus eſt quando vterqꝫ cōiugum idem
fatetur. Sed vir ſi aſſerat: mulier autem diſ-
fitetur. in hoc vero potius adhibenda eſt fi
des viro. qꝛ caput mulieris ē vir. q̄d mgr̄
confirmat autoritate. Poſtea dicit. ꝙ ſi per
aliquod maleficium concubitus non ſequa-

tur illi quibus hoc euenit hortandi ſunt. vt de omnibus confiteantur commiſſis: et ſatiſfaciant de eis deo. Miniſtri vero eccleſie per exorciſmos ⁊ eccleſiaſtica ſacramēta tales ſanare procurent. ⁊ ſi non poſſunt ſanari: ſeparari poterunt. Poſtꝙ tamen alias nuptias experierunt: viuentibus illis quibus iuncte fuerunt: non poterunt recōciliare prioribus quos reliquerant. etiam ſi poſſibilitas coeūdi eis reſtituta fuerit niſi iudicio eccleſie quo diuiſio facta fuerat. Tertia propoſitio eſt hec. Furioſi ⁊ amentes totaliter non poſſunt contrahere matrimoniū legaliter. Hanc magiſter inſinuans dicit. ꝙ furioſi dum ſunt in amentia: cōtrahere nō poſſunt. quod autoritatibus cōfirmat. Poſtea dicit. ꝙ ille qui dormit cū ſorore vxoris ſue neutram illarum habere debet. et tam ipſe ꝙ adultera nunꝙ debent in coniugio copulari. Quod magiſter multis autoritatibus probat. Ultimo dicit. ꝙ non licet viro vxorem dimittere. nec ecōuerſo propter aliquā infirmitatem corporalem. ſed debet alter alteri ſubſidia prouidere. quod autoritatibus confirmat. Ex quibus patet. ꝙ qui per legittimū matrimonium coniungūtur corporaliter: non poſſunt poſtmodū ſepari aliqliter. Et tantū in ſpāli.

Diſt. xxxv.

## Hoc etiā notan.

Superius magiſter determinauit de impotentia coeundi: que actum matrimonij impedit. Hic autem determinat de ſeparatōne thori propter fornicationem que ſimiliter matrimonium tollit vinculo matrimonij durante. Et duo facit. Primo enim oſtendit quomodo vterqꝫ coniugum poteſt alium dimittere propter fornicatōnem: quando ipſe eſt a fornicatōne immunis. Secundo ſubiungit quomodo nullus poſſit ducere in matrimonio quam polluit in adulterio. Primū facit vſqꝫ ibi (Solet etiam queri) Secundum vſqꝫ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat i duabus propoſitōnibus. Quarū prima eſt hec. Et ſi vir vxorem dimiſerit cauſa fornicatōnis: alteri non nubat ea viuente in ſtatu huius corruptōnis. Hanc magiſter inſinuans proponit primo: ꝙ ſicut licet viro cauſa fornicatōnis vxorem dimittere. ita eadem cauſa dimittere licet vxori viruꝫ. quod autoritatibus probat. Poſtea dicit. ꝙ illud quod dictum eſt debet intelligi ſi ille qui alterum vel alteram dimittit ſimili crimini nō ſubiacet. Adultera autem adulterum dimittere non poteſt cauſa fornicationis. qđ autoritatibus probat. Poſtea dicit. ꝙ ſi cauſa fornicatōnis facta fuerit ſeparatio: non poteſt vir vel mulier in aliam copulam coniugalem tranſire. poſſunt autē reconciliari ⁊ cohabitare ſimul ſi prius dimiſſam alter reuocare voluerit. quod autoritatibus pbat. Poſtea inducit plures autoritates: que dicunt. ꝙ ſi vir ſciat vxorem ſuam deliquiſſe. ⁊ non egerit mulier penitentiam ⁊ in fornicatione permaneat. ⁊ hoc patiatur vir cum ea viuens ⁊ cohabitans videtur conſentire ⁊ reus ⁊ particeps eſſe huius peccati. ⁊ ideo retinere eam non debet. Si vero mulier dimiſſa a peccato diſceſſerit: et per penitentiam illud purgauerit: poterit viro reconciliari: ⁊ vir talem debet recipere: ſed non ſepe. Secunda propoſitio eſt hec. Uir non poteſt ducere vxorem quam prius per adulteriū polluit. ſi ipa in morte viri machinata fuerit: ſeu ſi vir dederit fidem ꝙ eā duceret: ſi vir non ſuperuixerit. Hanc magiſter ponēs probat ex autoritate Leonis pape. Obijcit tamen contra hoc magiſter per autoritates ſanctorum. quas ſoluit: dans earum ſanam intelligentiam. Et tantum in ſpāli.

Diſt. xxxvi.

## Nunc de cōditōe

Superius magiſter determinauit de impedimentis antecedentibus matrimonium contrahendum. ⁊ de ſuperuenientibus in contractum. Hic vero determinat de incidentibus in ipſo ꝯtu. ſicut eſt error conditionis. Et duo facit. Primo enim determinat de impedimento ſeruilis conditionis. Secundo de impedimento ex defectu etatis. Primum facit a principio diſtinctionis vſqꝫ ibi (Hoc etiam ſciendum) Secundum vero vſqꝫ ad finem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia magiſtri ſtat in duab' propoſitionibus. Quarum prima eſt hec.

Cum perſona depreſſa ſeruitute contrahēs
ignoranter eam poteſt dimittere ⁊ alteri cō-
iungi matrimonialiter. Hanc magiſter inſi
nuans querit primo. Utrum ſeruitus con-
iugium diuidere poſſit. Et reſpondet. ꝙ libe
ra poteſt accipere ſeruum et econuerſo liber
ancillam. Sed ſi mulier neſciat viri conditi
onem vel ecōuerſo vir mulieris: cum ſeruitꝰ
fuerit deprehenſa poteſt libere dimittere eā
Si autem ſciuerit mulieris conditōnem vel
econuerſo: non poteſt dimittere. quod au-
toritatibus confirmat. Poſtea querit. ſi am
bo ſcilicet vir et mulier ſint ſeruilis cōditio-
nis. vtrum poſſit inter eos eſſe coniugium.
Et reſpondet ex autoritate eiuſdem conſilij
ꝙ ſic. dummodo fiat coniunctio et volun-
tate dominorum. quāuis dicunt alij ꝙ eti-
am dominis ignorantibus poſſit inter eos
fieri coniugium. Poſtea dicit. ꝙ ſi mulier ac
cepit virum liberū ⁊ ille poſtea fecerit ſe ſer
uum occaſione diuortij: non ille poteſt vxo-
rem dimittere. nec illa per matrimonij vin-
culum poteſt in ſeruitutem redigi: dum ille
non ex aſſenſu coniugis ſe ſeruum fecerit. qḋ
autoritatibus eiuſdem cōcilij probat. Se
cunda propoſitio eſt hec. Sponſalia nō cō-
trahuntur: niſi ab altera parte ſciatur quid
inter eos in tali facto agatur. Hanc quidem
propoſitōnem magiſter inſinuans dicit. ꝙ
ſcḋm leges pueri ante decimūquartum an-
num: et puelle ante duodecimum annum
non poſſunt matrimonium inire. Quod ſi
fecerint ante predicta tempora: ſeparari po-
terunt. Qui autem in puericia copulantur ⁊
poſt annos pubertatis nolunt ſe dimittere:
ſed in coniunctione permanere: ex hoc effici
untur coniuges. ⁊ deinceps nequeunt ſepa-
rari. Addit etiam. ꝙ ſponſalia ante ſeptimū
annum contrahi non poſſunt. Oportet eti-
am. ꝙ ab vtraqꝫ parte intelligatur quid int̄
eos agatur. Ultimo dicit determinatum eē
de duobus impedimentis coniugij quibus
ſolui poteſt. nec tamē ſolui ſemper eſt neceſ-
ſe. Et tantum in ſpeciali de ſentētia huiꝰ di-
ſtinctōnis.

Diſt. xxxvij.

## Hnc igitur or.

Superius magiſter determinauit
de impedimentis que faciunt p-
ſonas medias plene legittimas: ⁊ penitus
illegittias. Hic vero detmīat de ipedimētis
q̄ faciūt perſonas omnino illegittimas. Et
circa hoc duo facit. Primo enī oſtendit quo
modo per ordinem ſacramentorum matri-
monium impediatur. Secundo quomodo
per vxoricidium impeditur. Primum facit a
principio diſtinctōnis vſqꝫ ibi (Hijs adijci
enduz) Secundum vero abinde vſqꝫ ad fi-
nem diſtinctionis. In ſpeciali ſententia ma
giſtri ſtat in duabꝰ propoſitionibus. Qua-
rum prima eſt hec. Uoto continentie con-
ſtricti vel in ſacris ordinibus: vel in religio-
ne conſtituti matrimonium contrahendi ab
eccleſia ſunt prohibiti. Hanc magiſter inſi-
nuans dicit. ꝙ ſunt quidam ordines in qui
bus nullatenus poteſt contrahi coniugium
et etiam ſi interceſſerit copula: fit diuortiū
ſicut ſacerdotium. dyaconatus. ſubdyaco-
natus. In alijs vero ordinibus permittitur
fieri coniugium: niſi religionis habitū ſum-
pſerint. vel votū continentie fecerint. quod
pluribus autoritatibus confirmat. Se-
cunda propoſitio eſt hec. Ex iure canonico
quod legibus mundanis non aſtringit̄ vir
ne vxorem interficiat matrimonium inter-
dicitur. Hanc magiſter inſinuās dicit. ꝙ oc
ciſoribus ſuarum coniugum penitus coniu
gium denegandum eſt. Tales ſic crimino-
ſos eccleſiaſtica diſciplina gladio ſpirituali
⁊ nō materiali corrigere iubet. Unde tales
debent publicam penitentiam agere. Et ſi
contumaces fuerint: excōmunicantur quo-
uſqꝫ conſentiant. Et tantum in ſpāli.

Diſt. xxxviij.

## Hnc de voto

Superius magiſter determi-
nauit de impedimento ordi-
nis. Hic autem determinat de impedimen-
to voti. Et tria facit. Primo enim diſtinctō-
nem voti premittit. Scḋo quale votū ma-
trimoniū impediat ſubdit. Tertio quō viri
longe a feminis ꝓpter captiuitatē ſequeſtra
ti eas repetere poſſint: ſubiūgit. Primū fac̄
a principio diſtinctōis vſqꝫ ibi (Qui eni ſo-
lemnit.) Scḋm vſqꝫ ibi (Hic querit de illis
feis) Tertiū vſqꝫ ad fi. di. In ſpe. ſ. m. ſt. i t.
q̄. p̄. ē hec. Uotū cōe ē qḋ omēs accipiūt cū
ſpōdz diabolo ⁊ pōpis eiꝰ rnūciare. Sigla-

